

Ob 11



Jahresbericht

über das

Königliche Gymnasium

zu Braunsberg

für das Schuljahr 1878—79

von dem Direktor

Dr. Otto Meinerk.

Vorangeht eine Abhandlung des ordentlichen Lehrers Anton Gehrman: De ratione critica inde a Lachmanno in emendando Catulli libro usque ad hunc annum adhibita.

Braunsberg.

Gedruckt bei C. A. Heyne.

1879. Progr. Nr. 3.



Handwritten title in Gothic script, likely 'Zapiski'.

Small handwritten number or date, possibly '1878'.

Large handwritten title in Gothic script, likely 'Zapiski'.

Handwritten text in Gothic script, possibly 'in Torun'.

Handwritten text in Gothic script, possibly '1878'.

Small handwritten text, possibly '1878'.

Small handwritten text, possibly '1878'.

KSIĄŻNICA MIEJSKA
IM. KOPERNIKA
W TORUNIU

~~Stadtbibliothek~~
Chorn

AB 1471

Small handwritten text at the bottom right, possibly '1878'.

De ratione critica inde a Lachmanno in emendando Catulli libro usque ad hunc annum adhibita.

Postquam Lachmannus animum suum studio Catulli intendit viamque patefecit quae una est atque recta ad carmina hujus poetae vere emendanda, multi viri, imprimis Angli et Germani, eidem studio brevi postea se dederunt paeneque immortui sunt. E scriptis igitur eorum suae quisque alius cognitioni Catulli laetos atque uberes fructus se decerpere posse procul dubio hodie sperat. Et tamen, si Pleitnero fidem haberemus, omnis illa cura atque opera post Lachmannum in poetam ex magna parte frustra collata esset. Proinde viri illius sententiam, quam in studiis Catullianis¹⁾, quae neque Schulzio Berolinensi²⁾ nec Munroni³⁾ nota videntur fuisse, a Rossbergio Stadiensi⁴⁾ per occasionem tantum commemorantur, Magno Berolinensi⁵⁾ vix quidquam commemorabile continent, protulit, refutare et artem criticam Catullo nostris ipsis diebus plurimum profuisse demonstrare meae quaestionis princeps consilium est. Insunt enim in iis permulta quae refutari necesse est.

Rectam rationem criticam in Catullo primus Lachmannus exercuit.

Lachmannus omnes libros qui extant Catullianos ad unum Archetypum redire non primus pronuntiavit. Viginti annis antequam is Catullum atque Propertium edidit, sententiam illam Handius⁶⁾ et protulit et iisdem quibus nos defendit causis, codices inde a saeculo XV^o scriptos iisdem fere locis omnes aut mutilatos aut corruptos esse. Sed Lachmannus habet meritum, quod cum rem ita se habere intellexeret, primus ex libris nostris illius Archetypi lectiones restituendas sibi proposuit et suscepit; nam cum ille⁷⁾ criticorum hoc tantum esse dicat, lectiones varias e

¹⁾ Pleitner: Studien zu Catullus. Dillingen 1876. pg. 133: „In vorstehender Abhandlung glaube ich zur Genüge bewiesen zu haben, daß D eine durchaus selbständige Handschrift ist, die nach meiner Ueberzeugung weit mehr geeignet ist, Grundlage für eine Textes-Critik in Catullus zu werden, als G oder O, da diese V minder getreu wiedergeben als D, dessen Verderbnisse so häufig allein die Wiederherstellung der ursprünglichen Lesart ermöglichen. G befißt durch sein hohes Alter und weil in ihm manches corrigirt ist“.

²⁾ Zeitschr. f. d. Gymnas. W. 1877. p. 690—708. A Commentary on Catullus by Robinson Ellis. Oxford 1876.

³⁾ Criticisms and Elucidations of Catullus. Cambridge 1878.

⁴⁾ N. J. B. f. Philol. u. Päd. 1877. pg. 174 ann.

⁵⁾ Zsch. f. G. W. 1878. p. 492 ss.: A Commentary on Catullus by Robinson Ellis. Oxford 1876. pg. 494 ann.

⁶⁾ Observationum criticarum in Catulli carmina specimen. Lips. 1809. p. 3.

⁷⁾ l. l. pg. 12.

codicibus Palladii Guarini Mureti Scaligeri Vossii Columnae Meleagri Frateri aliorum colligere et optima quaque in Catulli libro edendo uti, ex collatione librorum diligentissima hic duos optimos D et L delectos, cum quorum alterutro ceteros non interpolatos ubique consentire cognoverat, sua editione totos exhibuit. Et L. Mueller⁸⁾ hunc virum merita laude ornavit eum antiquioribus editoribus his verbis opponens: „Temporum spatio cum aliae super alias conjecturae essent illatae in poetae Veronensis librum, neque codicum meliorum testimonia jam respicerentur, sensim evenit ut Catullum in ipso requireres Catullo. Huic incommodo obviam iit Lachmannus. Is ex immenso apparatu, quem collectum a Laurentio Santenio bibliotheca possidet Berolinensis elegit ut sinceræ lectiones testes fidissimos Laurentianum (L) et Datanum (D). Nam etsi nec Germanensis libri (G) lectionum ullam habuit notitiam Lachmannus et aliquando Datano tribuit nimium, ea tamen dexteritate in deligendis quos sequeretur codicibus fuit, paucis ut locis exceptis Catulli scriptura ea quae fuerat in Archetypo Veronensi recuperaretur, unde jam cum commodo posset principium sumere omnis emendandi probabilitas ac ratio.“ Nimirum inde post Hauptium⁹⁾, qui partem tantum eorum quae Lachmannus reliquisse ei visus est emendare voluit, Rossbachius editor post Lachmannum primus principium non sumpsit. Haec verba ejus¹⁰⁾: „Libri in duo genera dividendi sunt, aetate disparia, auctoritate nisi quod interpolatis nulla fere fides habenda est paene paria; neque enim ullus codex tantopere praestantia sua reliquos superat, ut hi plane postponendi sint; quin etiam ne interpolatis quidem prorsus carere possis, quoniam ad stirpem suam relati, ducibus libris non interpolatis, de lectione aliqua vel scribendi errore dubitantem confirmant et in rectam viam deducunt.“

Qui vero post Rossbachium in studio Catulli versati sunt ad Baehrensium usque Pleitnero excepto ii ad singulos codices recte iudicandos aliquid attulerunt. Nam etiamsi illum in audacioribus conjecturis cum alii objurgarunt tum Rossbergius¹¹⁾, etiamsi Schulzius¹²⁾ res quasdam quae codici O non minimo momento sunt illum non respexisse demonstravit: hodie tamen in hac re recte mihi illum secuti videntur esse, librum O etiam pluris aestimandum quam G. Quam rem si Munro¹³⁾ discernere noluit, ego equidem hac tractatione et ex ipsis lectionibus, quas Pleitnerus suo codici D adhibuit, virtutes potius libri C demonstrare conabor.

⁸⁾ Praef. ed. pg. X sq.

⁹⁾ Opusc. vol. I. pag. 6.

¹⁰⁾ praef. ed. pg. IV.

¹¹⁾ Neue Jahrb. f. Phil. 1877. K. Rossberg: E. Baehrens, Catulli Veronensis liber vol. I. p. 172.

¹²⁾ Hermes 1878. I. pg. 50—59: K. P. Schulze: Zum Codex Oxoniensis des Catullus.

¹³⁾ l. l. introduction pg. 4: I shall not attempt to decide whether G or O is on the whole the better manuscript. There are very many passages in which O, and O alone, gives the undoubted words of the poet: often on the other hand it is very corrupt, where G is right, or less wrong. — pg. V: But G and B proclaim with a loud voice that the strange and unouth phenomena of the Datanus are figments and interpolations.

Caput primum.

De codicibus qui extant.

„All critics are now agreed . . . that . . . the whole of our manuscripts material is derived from one single Codex, which reappeared at Verona in the beginning of the 14th century and was afterwards lost to the world once more“, Munro praefationem quaestionum criticarum quas supra commemoravi exorditur. Jam Handius¹⁴⁾ illum codicem unum ex quo nostri omnes descripti sunt ex Gallia Veronam venisse verbis epigrammatis quod extat in fine codicis Sangermanensis (Baehr. edit. pg. 112) collegit. Unius post Ellisium Pleitneri haec non est sententia. Non librum ipsum, qui quondam Veronae fuerat, sed apographum ejus in illam urbem reportatum esse is¹⁵⁾ ex descriptione suorum codicum (cf. infra pg. 8) et ex epigrammate illo sibi visus est enucleasse; nam codicem ipsum vetustum e bibliotheca monasterii Galliei in qua inerat demi non lieuisse. Ex omnibus quae de hoc epigrammate disseruit¹⁶⁾, mihi illud unum probabile apparet, nomen illius hominis Veronensis, qui Catullum patriae reddidit, „Francia“ fuisse; nam id ex epigrammatis versu tertio consequi videtur; „Scilicet a calamis tribuit cui Francia nomen“, siquidem Francia fuit nomen gentile et Italum et Hispaniense.

De codicibus
qui extant
in universum
agitur.

Itaque cum memoria codicis antiquissimi servato hoc libri Sangermanensis epigrammate nunquam abolita sit, quaestio subest illa quidem perdifficilis, utrum forte apographum codicis illius Veronensis (V) alterum Sangermanensi antiquius in manibus Italorum doctorum fuerit neene. Quam complures post Lachmannum viri studio et doctrina dijudicare studuerunt. Ita Hauptius¹⁷⁾: „Haec carmina cum magno favore excepta essent, transcripta sunt in nova exemplaria partim ab iis qui antiquum librum satis accurate sequerentur partim etc.“ Sed jam Schwabius¹⁸⁾: „Haud parvi, inquit, profecto esset momenti, si accurate demonstraretur quotiens Veronense ipsum in nova exemplaria transcriptum esset: sed de hac re nihil videtur explorari posse, nisi exempla

¹⁴⁾ l. l. pg. 4.

¹⁵⁾ l. l. pg. 95: „Also nur eine Abschrift der ehemaligen, mit Rather aber außer Landes gekommenen alten Veroneser Handschrift kam nach meinen Ermittlungen wieder nach Verona zurück. Der alte Codex selbst verblieb im Kloster, wovon er höchst wahrscheinlich durch Rather selbst, er kannte ja Catull, den libris prohibitis zugetheilt worden war. (id quod concludit ex ultimo epigrammatis disticho, quod emendat: Quom (Quo) licet ingenue (ingenio) vestrum celebrate Catullum Cujus submota et (sub modio) clausa papyrus erat.)

Empfand er ja doch Gewissensbisse und klagte sich selbst an, daß er das Studium der heiligen Schrift durch die Lectüre des Catullus und Plautus beeinträchtige, und zählt letztere unter die prohibita. Bei dem Brande, der 1546 die Abtei Lobach heimjuchte (quo Ratherum exulem ivisse putat) und viele Handschriften vernichtete, kann auch die Catull-Handschrift untergegangen sein. Völlig zerstört wurde das Kloster 1793.“ — pg. 94: „Wahrscheinlich war die Handschrift nicht zu erwerben; vielleicht durfte der Cufios nicht einmal wissen lassen, daß er über dieselbe eine Mittheilung gemacht hat; und so mußte der Veroneser sich entschließen, den Codex abzuschreiben (er war ja a calamis); was vielleicht heimlich und eilig geschehen mußte, weil ihm vielleicht selbst nicht mehr Zeit zu Gebote stand“.

¹⁶⁾ l. l. pg. 91—95.

¹⁷⁾ Quaest. Cat. pg. 6.

¹⁸⁾ Praef. ed. p. V.

complura, minimum duo inde originem duxisse.“ Baehrensius longius profectus est. Codicem Oxoniensem quem quidem Ellisius primus inspexit et, quia ex rebus nonnullis observatis cum Sangermanensi mire consentire ei videbatur, plane neglexit, quamquam aut antiquissimum eum illorum qui supersunt aut uno Sangermanensi inferiorem esse opinabatur¹⁹⁾ — ut optimum enim codicem D laudavit —, diligentissime ille contulit et non modo ad sententiam ab Ellisio de vetustate ejus latam accessit, sed etiam fontem eum sincerissimum nobis ad emendandum Catullum esse admodum probavit. Quod ejus meritum etiam Rossbergius²⁰⁾ praedicat nec Schwabius²¹⁾ quamquam suam ipsius de ratione codicum O et G sententiam non profert negare quidem videtur. Baehrensius²²⁾ ipse omnem argumentationem suam ad codices G et O pertinentem paucis his verbis constringit: „O propterea quod exemplaris Veronensis ductus fere depinxit nullisque indulsit correcturis multum multumque G libro praestat, quippe cujus librarius ut nonnulla neglegenter ex V descripserit, ita a temerariis interpolationibus non abstinuerit.“

Altero loco carmina Catulli de Veronensi in utrumque codicem eodem paene tempore translata esse, si omnino quid Baehrensius approbavit²³⁾, id est circum annum 1375 p. Chr. n.; at vero non modo id ipsum diligentiore epigrammatis explicatione approbavit, sed illud quoque, in haec duo tantum exemplaria fine saeculi XIVⁱ codicem vetustum Veronensem transcriptum esse; approbavit denique per proximos quinquaginta annos Catullum iterum ita neglectum fuisse, ut anno 1425 denuo quasi e tenebris in lucem protractus jure diceretur. Quas opiniones nostras facere temporum illorum necessitatibus paene cogimur. Tenebat enim per illud ipsum tempus orbem terrarum terror schismatis quod dicitur ecclesiastici — ab anno 1378 ad annum 1418 —, quod cum Italiae ingentes calamitates inferret, studiis humanioribus, quae ibi jam florescebant, vehementer oberat. Quare non mirum est, si poëtae viri docti aliquamdiu obliti sunt; sed vix tempora illa atque discrimina praeterierant, mala lenita erant: et poëtae nostri denuo fit mentio. Baehrensius²⁴⁾ adeo a Poggio ipso felici illo manuscriptorum inventore Catullum a. 1425 repertum posteritati reddidit esse arbitratur. Num et hoc rectum sit et illud ita se habeat ut dicit: „Poggius num ipsum Sangermanensem an hujus apographum reppererit (nam de V iterum reperto . . . nullo modo potest cogitari) hoc explorari nequit“, quis est qui audeat de ea re disceptare? Namque extat adhuc alius codex, Bononiensis qui dicitur, scriptus anno 1412, qui ad originem nondum satis examinatus est. Baehrensius, qui eum non ipse inspexit, sed e sola Ellisii annotatione novit, illud tantum fortasse s. librorum i. e. librorum ceterorum eum patrem esse existimat. Ellisio²⁵⁾ idem inter antiquissimos esse multasque passus correcturas visus est, nec

¹⁹⁾ Prol. ed pg. XXXVI.

²⁰⁾ l. l. pg. 168—171.

²¹⁾ R. J. B. f. Phil. u. Päd. 1878: a Commentary on Catullus by R. Ellis p. 260: „Unrichtig erklärt sich der Verfasser gegen die Accusativform Arabas, die Bährens mit Recht aufgenommen hat. Denn da die Orfterer Hsch., wie ich aus eigener Vergleichung bestätigen kann, arabasve hat und die von St. Germain arabaesq; (das deutet also auf ursprünglicheres arabaes) bietet, so muß die durchaus tadellose Form Arabas zugelassen werden.“

²²⁾ l. l. pg. XVIII.

²³⁾ l. l. pg. XIV.

²⁴⁾ l. l. pg. XXX.

²⁵⁾ l. l. pg. XXXVIII.

paucos habere locos, ubi primam lectionem nullo modo liceret discernere. Tamen has plerumque dignoscere eo esse facilius quod inter Bononiensem (B) et Laurentianum primum (La¹) et Vaticanum (Vat.) maximam esse consensionem; librum La¹ autem quamquam nonnullas rasuras accepisset²⁶) in universum proximum accedere ad Bononiensem, quo tamen recentior esset, Vaticanum 1630 saeculo XV ineunti exaratum esse.

Atqui Pleitnerus²⁷) censet: „Auffallend ist, daß D und die aus derselben Handschrift wie D abgeleitete britanniſche Handschrift a zu den jüngsten Handschriften gehören, D 1463 und a 1460 geschrieben. Sollten beide vielleicht von der 1425 von Poggio aufgefundenen Catull-Handschrift stammen?“ Equidem censeo cum nec memoriae ille codex traditus sit, nec qualis fuerit e vetere aliquo nuntio constet, ea de causa virtutes libris D et a tribuendas esse nullas. E manuscripto quod Poggii dicitur, si fuit, possunt esse derivati; sed cum hi quoque libri BLa¹ Vat Poggiano illi fere aequales aliis locis cum GO, aliis cum D mirum in modum congruant, — id postea recensione mea et lectionum libri D singularium et vocabulorum in eodem omissorum plane cognitum iri spero —, in sententiam transeo, quam primus Baehrensius²⁸) habuit demonstravitque, s̄ libros omnes, ergo Poggii quoque unicum fontem habere fortasse apographum Sangermanensis, sed interpolatum non Sangermanensem ipsum. Scriptum illud apographum esse dicitur sub initium saeculi XVI. Eandem sententiam Munro²⁹) contra Ellisium protulit, qui contendit³⁰), nullum extare codicem qui tam aperte ab antiquo aliquo exemplari transcriptus sit quam Datanus; codicem O Sangermanensi simillimum putat³¹). Maximo vero momento sunt quae dicit pg. XVI: „Non assentior Schwabio existumanti inventum codicem neminem transcripsisse ante eum qui anno 1375 Sangermanense exemplar exaravit. Dicit hic sane „nullum aliud extare exemplar unde posset libelli habere copiam exemplandi;“ unde vere colligitur ipsum illum codicem transcripsisse, quem quinquaginta ante annis Veronensis invenisset. Sed non dicit uniei illius exempli exemplaria a nullo alia facta esse; quomodo enim sciret? Verum enim vero Catullum transcribere meditatus, unum codicem vidit extare antiquum, et eum corruptum; quo tamen decrevit quamvis corrupto uti, donec emergeret aliquis sincerior.“ — Tum ex propriis quae habet D, ex omissis et versibus et vocibus, e vestigiis antiquioris scripturae, e lectionibus quae aut in nullo alio codice aut in paucis inveniuntur, concludit³²), aut (1) errasse scribam libri Germanensis, cum unicum se exemplar quod extaret diceret transcripsisse, nec verum codicem a Veronensi repertum transcripsisse, sed aliquod ejus exemplar; aut (2) si ab eodem illo unico codice profecti essent

²⁶) l. l. pg. XXXIX.

²⁷) l. l. pg. 134.

²⁸) l. l. pg. XXVI.

²⁹) l. l. pg. IV: „I shall pronounce upon the question whether, beside the two all other existing manuscripts are derived directly or indirectly from G, Baehrens strenuously maintaining that they are, Ellis as strenuously denying it. But of this I feel no doubt, whatever, that, if G and O come directly from the original Codex, — and this Ellis does not seem to call in question — then the very greatly overrates the value of the Datanus, which was not written till 1463“.

³⁰) l. l. pg. XXXVII.

³¹) l. l. pp. XV—XX.

³²) l. l. pg. XIX.

G et D, vel eum unde D ductus esset, exactius pressiusque codicis vestigiis inhaesisse qui D exarasset quam qui G; hunc enim errata corrigendo, conjungendo quae separata, disjungendo quae prave copulata fuissent, exemplo suo specimen dedisse novitatis a Datano alienae; aut (3) omnino origine diversos esse DG. Summam autem ex his proprietatibus auctoritatem apud illum habent lectiones quas attulit pg. XIX varias, quae si ab eodem fonte profectae essent a quo G, miratur nullam ex iis aut margini hujus libri adscriptam aut medio versui superscriptam esse, quales multae in G observarentur. Sed illud admoneo, quod Ellisius non respexit, Datanum et qui cum eo cohaerere videntur a et Riccardianum initio alterius dimidii saeculi XVI descriptos esse, paullo antequam editio princeps impressa est, quo tempore jam nulla codicum ratione habita suam doctrinam viri docti doctis interpolationibus prae se ferre studebant. Ad quam sententiam memet lacunae quoque non paucae perducunt, quae in hoc codicum genere quam in alio quodam frequentiores sunt, quibus locis optimi codices corruptas lectiones habent.

Ellisium nuper in laudando Datano secutus est Pleitnerus, qui rationem codicum nostrorum hoc modo instituit. Eum codicem quem Ratherus secum in Galliam abstulit, M dicit, i. e. codicem medium, a quo incipiens constitutis paginarum lineis quattuor codices quam M antiquiores LK IH, recentiores duos NO describere se posse existimavit. Qua re non sine aliqua ingenii acie et probabilitatis specie perfecta, ut homo arte critica minus eruditus facile ei credat, pg. 90 dicit: „Diese Handschrift (O) müßte demnach jene vermeintlich in Verona wieder aufgefundenen alte Handschrift sein, durch welche Catull's Gedichte uns wieder zugänglich gemacht wurden. Altem Anscheine nach ist dieses nicht der Fall. Sowohl die innere als äußere Beschaffenheit, die größere Vollständigkeit wie der schadhafte Zustand leiten darauf hin, daß M jene alte Handschrift war, die nach mehr als 300jähriger Verschollenheit wieder zum Vorschein kam. Allein M wurde nicht in Verona aufgefunden; und nach seiner Auffindung, wenn überhaupt von einer Auffindung die Rede sein kann, kam M selbst nicht nach Verona, sondern nur eine allem Anscheine nach ziemlich eifertig genommene Abschrift Cod. N, und selbst diese Handschrift wurde nicht die Grundlage für unsere Catull-Handschriften, sondern erst die Abschrift davon, nämlich Cod. O, weshalb ich unter V nicht jene alte Handschrift verstehe, sondern eine in zweiter Generation von ihr abstammende, nämlich den von mir so benannten Cod. O, welcher immerhin, als wahrscheinlich in Verona gefertigt, codex Veronensis heißen mag (cf. quae pg. 5 ann. 15. de codice V e studiis Pleitneri jam allata sunt). Quam sententiam postquam longa noti illius epigrammatis commentatione non insollerter approbare conatus est, ita propagationem codicum constituit³³⁾: „So auffällig es ist, ergibt doch die Paginirung, daß von der nach Verona verbrachten Handschrift N nur eine einzige Abschrift, nämlich O, genommen wurde. Ich vermüthe, daß sie, nachdem in ihr wegen eifertiger Anfertigung viele Nachbesserungen in der Schrift vorgenommen und die alterthümlichen durch die damals üblichen Wortformen ersetzt waren, nach Fertigung des Codex O zurückgezogen wurde. Von O wurden, wie ich glaube, blos zwei directe Abschriften genommen, also P¹ und P², von denen aus nun eine weitere Verzweigung eintrat. P¹ hat allem Anscheine nach eine nicht zahlreiche Nachkommenschaft, nämlich die Sippe D; desto zahlreicher und verzweigter ist die von P², die Sippe G.

³³⁾ l. l. pg. 96.

Sed etiamsi vix quisquam erit, cui hae Pleitneri conjecturae placebunt, tamen laborem sustinebo anquirendi, num illis locis qui nos docent a quibus viris et quantum Catullus usque ad exarationem Sangermanensis cognitus sit insit aliquid unde sive ante sive praeter hunc codicem ex reperto Veronensi alterum exscriptum esse colligi possit.

De libris
G et O
accuratus
agitur.

Quamquam igitur Catullus non ita multo post annum 1323 denno viris doctis Italiae innotuit, pauci tamen sunt quos eum legisse certum ac manifestatum est; praeter scriptorem florum moralium auctoritatum ad annum 1347 Pastrengicum et Petrarcam eosque Veronae codicem inspexisse de ea re Hauptius Schwabius Ellisius Baehrensium non dissentiunt. Ab illo ipso anno quoad hodie cognosci potest annos XXVII progrediendum est, donec nova poëtae mentio invenitur. Anno ante exarationem Sangermanensis 1374, ut verbis utar Baehrensii³⁴⁾, Colutius Salutatus, diligentissimus illo tempore veterum codicum investigator, in epistula ad Casparum de Broaspinis Veronensem missa (edidit hanc et sequentes a Mommseno indagatas Hauptius in nuntiis societatis litt. Saxon. a. 1849 pg. 256, repr. in ejus opusc. I. pg. 276 ss.) haec scribit: „Benevenutus de Imola a quo primum de te grata accepi suggestit, immo promisit a te impetraturum ut Propertium et Catullum haberem. Nescio si de hoc scripsit: scio quod interprete non indigeo tecum. Illos si potes fac ut videam. Vale, mei memor. Fl. XIII. Kl. Sext.“ eodemque anno ad illum ipsum Benevenutum de Imola inter alia haec dicit: „Tua epistula nil aliud fecit quam amor et caritas, imprimis quod votorum meorum diligentissimus executor dyomianes (?) Propertium Catullumque procuras quorum mihi nil paene nisi nomen innotuit. Quod ut perficere coneris exoro. Ingens enim cupido mihi diu fuit poëtas aspicere.“ Qui loci eo maxime sunt memorabiles, quod inde Catulli exemplaria tum temporis nondum divulgata fuisse comperimus. Tertiam denique epistulam Colutius iterum ad Casparum de Broaspinis mittit hanc: „Lepidissimas atque ornatissimas epistulas tuas pridie avida manu, sed avidiore mente tuo viso nomine laetus accepi. Si prece vel pretio Propertium de bibliotheca illius celeberrimi viri, Petrarcae inquam, quem nobis subtractum esse, gloriae tamen tam certum quantum potest humano iudicio deprehendi, moleste fero et metrico opusculo, quod absolvere cito ut vellem impediatur, lamentor et fleo, habere posse confidis vel ut meus sit vel ut exemplari queat deprecor ut procures. Catullum quem puto parvum libellum aut exemplatum aut exemplandum rogo trans mitte etc.“ Unde in Petrarcae bibliotheca nullum extitisse Catulli exemplar recte conclusit Schwabius (act. conv. Misn. p. 117).

Obiter tantum emendationem vocabuli „dyomianes“ in medium proferam, quam nomina duo quae sequuntur valde mihi commendant; puto enim illam lectionem ex „duos vates“ corruptam esse. Sed multo majore momento est, quod editores Catulli omnes sententiam verborum, quae subsequuntur verba: „Catullum quem credo parvum libellum aut exemplatum aut exemplandum rogo trans mitte“, huc usque non examinarunt; nam Ellisius³⁵⁾ ea omittit, Baehrensium ab iis longius epistulam exscribere desiit; explicavit ea nemo. Sunt haec: „Tenent ibi (Veronae) Florentini, qui totum terrarum orbem discurrendo terunt, pro mercibus apothecas: in ballis quas faciunt, illum jubere potes alligare, quem ad me, ut arbitror, quilibet destinabit.“ Et tamen quae examinentur dignissima sunt. Tribus illis enim epistulis intellegitur Colutium Salutatum

³⁴⁾ l. l. pg. X.

³⁵⁾ l. l. pg. XI.

Florentinum virum fuisse, qui omnibus modis codicis alicujus carminum Catulli particeps fieri studeret. Certe idem qui quidem in urbe illa versabatur, in qua tum artes atque litterae prae ceteris Italiae urbibus florebant, in qua tamen nullum poëtae codicem reperire potuerat, omne studium adhibuit ut comperiret ubi Italiae aliquis extaret. Magno ad id comperendum commodo ei erat, quod populares ejus Florentini in urbibus omnibus apothecas habebant, qui cum revera codex quem optabat alicubi erat, cum de hac re certiore facere poterant. Et rem ita se habuisse, e verbis quae adhuc illustranda modo attuli colligendum esse arbitror. Colutio enim persuasum erat, quemlibet qui Veronae esset Florentinum ad se codicem ibi extantem sibi destinatum esse. Verbum destinandi hoc loco eandem habet significationem ac Plaut. M. 3, 1. 110 eas quanti destinat. Rud. prol. 45 minis triginta sibi puellam destinat: etwas sich zum Kaufe ansehen, kaufen wollen. Inde ergo sequitur, ut tum in nulla bibliothecarum Italiae alter codex reperiri potuerit; quare Colutius iterum atque iterum Casparum de Broaspinis et Beneventum de Imola adibat, ut sibi codicem transmitterent, illum quod eum possidebat, hunc quod ut a Casparo codicem acciperet se impetratum esse ei promiserat. Proinde optimo jure vir ille qui proximo anno Veronae unicum manuscriptum vetustum transcribebat in clementiam lectoris et humanitatem confugit verba haec Sangermanensi a se exscripto ex suo ingenio adiciens: „Tu lector quicumque ad cujus manum hic libellus obvenerit scriptori da veniam si tibi corruptus videbitur. Quoniam a corruptissimo exemplari transcripsit. non enim quodpiam aliud extabat unde posset libelli hujus habere copiam exemplandi. Et ut ex ipso salebroso aliquid tantum suggeret (reret) decrevit potius tamen corruptum habere quam omnino carere. Sperans adhuc etc.“

De virtutibus
codicis
O agitur.

Quicumque igitur Catullum inspicere volebat ei praeter unum et eum corruptum alter vetustus codex non extabat nec locos in illo mutilatos nisi e libro aliquo fortuito emergente unquam se correcturum sperare poterat. Quae cum ita sint, antiquissimus quisque codex ad Catullum emendandum plurimum valet nisi qui laboribus correctorum et interpolatorum depravatus esse demonstratur. Id autem codici Sangermanensi accidisse Baehrensius accurata et diligenti commentatione sua ostendit. „Fidissimus carminum Catulli fons est codex Oxoniensis (O) sive inter Canonici Veneti libros eos qui saeculi hujus initio jure emptionis in Bodlejanam inlati sunt numero 30 signatus.“ Sed cum Baehrensius³⁶⁾ ex toto manuscripti habitu illud colligendum esse putarit codices G et O non posse nisi uno temporis tractu, immo vero eodem fere anno eodemque loco exaratos esse, quamquam hic subscriptione careat: ego censeo Oxoniensem adeo anno 1374 attribuendum verisimillimum esse, ergo ad reliquas ejus virtutes etiam accedere quod uno anno ante G et fortasse a Benevenuto ipso exaratus sit. Itaque cum Baehrensius maximam partem artis criticae argumenta attulerit, quibus scribam codicis O Veronensis exemplaris paene ductus depinxisse diceret, non ingratas res Schulzius e nova libri O collatione hujus argumentis adjunxit, illa quidem mente ut Baehrensio neglegentiam quandam, quae est ejus propria, vitio verteret. En quae dicit pg. 50 sqq.: Baehrens hat an folgenden Stellen sich theils vernachlässigt, theils etwas übersehen: O hat: 6,15 quidquid babes (habes); 7,11 euriosi (curiosi); 11,8 epra (aequora) etc.

³⁶⁾ l. l. XIV.

S. 57 f.: Außer den angeführten Versehen hat B. noch eine Anzahl von Zeichen nicht beachtet, welche der Schreiber von O an den Rand setzte, um den Anfang eines neuen Gedichtes zu bezeichnen. In seltenen Fällen läßt dieser zwischen zwei Gedichten eine Zeile frei. Dies ist auch in G nicht immer der Fall. Während aber der Schreiber von G in der Regel eine Ueberschrift an den Rand schrieb, wie bei c. 11 ad Furium et Aurelium, setzte O nur zwei Striche an den Rand; hier sollte offenbar später ein buntes Zeichen gemalt werden, wie dies zu c. 31,1 der Fall ist. In der Regel ist dieses aber unterblieben. Solche Striche finden sich bei 2,11 tam gratum. 6,1. 11,1. 12,1. 17,1. 21,1. 22,1. 23,1. 25,1. 26,1. 27,1. 28,1. 29,1. 30,1. 31,1. 32,1. 34,1. 35,1. 37,1. 17 (tu praeter). 38,1. 40,1. 49,1. 50,1. 51,1. 52,1. 53,5 (dii magni). 54,6 (irascere iterum). 56,1. 59,1. 62,1. 63,1. 64,1. An drei Stellen ist falsch abgetheilt 37,17. 53,5 und 54,6; das Versehen muß bereits in V gewesen sein, wie G uns belehrt, der genau mit O abtheilt.

Wenn ein Vers ausgefallen ist oder an falscher Stelle steht, setzte der Schreiber von O dieses Zeichen an den Rand +, das gleichfalls von B. übersehen ist; es findet sich 64,330, wo der Vers: Quae tibi flexo animo mentis perfundat amorem, 67,20, wo languidior tenera cui pendens sicula beta und 68,15, wo jucundum cum aetas florida ver ageret folgte.

Endlich hat B. nicht beachtet, daß der Schreiber von O öfter statt des großen Anfangsbuchstaben, den er später bunt nachmalen wollte, den entsprechenden kleinen Buchstaben an den Rand gesetzt hat. Er muß aber vergessen oder nicht die Zeit gehabt haben, diese Absicht überall auszuführen; gethan hat er es nur 2,1, wo P, ferner 68,1, wo Q, und 69,1, wo das N bunt ausgeführt ist, während noch am Rande in schwarzer Tinte klein p, q und n stehen. Nur der kleine Anfangsbuchstabe steht am Rande 4,1 p (also nicht hasellus, wie B. angiebt, sondern phasellus). 5,1 v. 8,1 m. 14,1 n. 15,1 c. 65,1 et. 92,1 id. 100,1 G. 101,1 m. 102,1 s.; c. 111 wird der Anfang des Gedichtes durch den verzierten Anfangsbuchstaben A gekennzeichnet.

Quis sit interrogaverim, qui codicem O ea quam Baehrensium ei vindicavit diligentia transcriptum esse neget? etiam sublatis illius gravioribus argumentis criticis eam ex his rebus per se minimis non falso concludas, quia conjunctae sunt summae exemplaris vetustati. Si unum illud respicias, carmina tria in utroque codice et G et O falsis locis finiri illinc cognosci, quod G titulos his falsis locis ad marginem exhibeat, O siglum, quid aliud dicere poteris nisi utrumque codicem ex eodem mendoso fonte derivatum necesse esse? Atque etiam ex hac nova Schulzii collatione codicis sequitur, ut non modo Sangermanensis utroque loco habuerit versus, sed etiam Oxoniensis Veronensisque, alterum: „jucundum cum aetas florida ver ageret“, priorem „languidior tenera cui pendens sicula beta“ et suo et alieno. Iam igitur Oxoniensis et Sangermanensis inter se magis consentiunt quam Ellisius scire poterat, qui³⁷⁾ id hujus codicis proprium voluit esse ut hos eum versus duos amisisse diceret; utrumque potius si completus esset habiturum fuisse nunc videmus non minus quam versum 330 carminis 64. Versus autem 26,2 et 64,379 – 82 excidisse nescio an proprietatem putarit nemo qui locos inspexerit. Quid? quod habet Oxoniensis versus 3 et 4 carminis 92i.: „Quo signo? quia sunt totidem mea. Deprecor illam Assidue, verum dispeream, nisi amo,“ qui absunt etiam a G, et Lachmanno ab Italis ex Gellio³⁸⁾ in

³⁷⁾ l. l. pg. XXXVI.

³⁸⁾ N. A. VI, 16.

Catullum inducti videbantur? Profecto is vir in illum errorem non incidisset, si codicem O cognovisset; propter duo vocabula „nisi amo“ [nam ita G exhibet, scriba libri Bononiensis lectioni „amo“ superscripsit „al amat“, quod in contextu habent D Vat.], quae scriptor post vocabulum „dispeream“ in ultimum versum aberrans ex codice vetusto Veronensi transcripsit, versus duo praetermissi sunt. Recte igitur Ellisius³⁹⁾ dicit contra Lachmannum: „Mihi videntur in Archetypo fuisse, id quod confirmat amo in A C G Ven., quod ex confuso per errorem oculorum exitu versuum 2. 4 ortum videtur.“ Qua re iterum efficitur — id quod Baehrensium ratione critica demonstravit —, ut praeter O omnes qui extant codices ad G revertantur; inter quos D praeterea eum locum obtinet, ut liber sit non modo e novissimis, sed e maxime interpolatis; lectiones quas Ellisius pg. XIX. XX affert sunt interpolatae; deinde efficitur ut e ceteris perpauca tantum libri in emendando Catullo adhuc interdum respiciendi sint; efficitur denique ut editoribus Catulli primo loco Oxoniensi libro utendum sit, altero Sangermanensi, ultimo ex illis omnibus quos Baehrensium s dicit B La¹ Vat.

Omnes
codices
extantes a
Veronensi
exisse lectio-
nibus eorum
corruptis
explicatur.

Iam compositione majoris lectionum corruptarum partis Veronensem patrem esse omnium qui quidem collati sunt codicum confirmabo. Ad hanc argumentationis meae particulam lectiones a Pleitnero in studiis Catulli allatas cum variis lectionibus quas editores praebent contuli, et quae is de scriptura Archetypi posuit, perspexi haec quoque fere speciem tantum probabilitatis prae se ferre, cum quae formae singulis saeculis usitatae fuerint parum respexerit, et permultae corruptelae quas e libro D solo affert explicari nequeunt nisi scriptura alicujus exempli recentioris Veronensi. Attamen ad illud quod modo proposui perficiendum illa studia nobis utilissima sunt. Itaque singulas earum paginas perlustrans illas inde lectiones corruptas afferam quae cum codicibus qui extant fere omnibus communes sint in V infuisse apertum est.

pg. 2 : a = u 66,91 tuum (tuam). 67,32 suppositum (supposita). 113,4 singulum (singula). 29,17 primum (prima). cf. Schwab. pg. XXIV.

pg. 3 : a = ei 7,9 basiei (basia). — o = a 67,33 mello, O : melo (mella). 38,1 Carnificiei (Cornificiei). 67,42 conciliis (cum ancillis). 34,12 omnium (annium). 17 menstrua (menstruo). ei = u : 39,21 lotus (lotu = lotei) in fine versus; ceteras lectiones quas hic et sub ii = a, it = a, et = a, is = ei, it = ei, it = u, ic = u, ti = u, li = u, si = u affert, fere omnes codice D solo nituntur; quam sub is = ei laudat 66,50 „ferris = ferrei“, ego litteram s dittographiam quae dicitur sequentis f (fringere) existimo, quam sub ic = u 66,53 „(nictantibus“ = (cy.) nutantibus) conjectura est Bentleji, quam sub li = u 66,53 („in limene“ pro „in numine“), item conjectura est; ego puto Baehrensium recte corruptelam emendasse (in lumine).

pg. 4 : o = u 17,1 oculo in aque (O colonia quae); b = u (v) 5,11 conturbavimus (conturbabimus). 11,2 penetravit (penetrabit). 29,7 perambulavit (perambulabit). Admodum dubium etiam est num litterae p et u immutari potuerint; nam utraque lectio quam pro vulgari affert conjecta a Bergkio est (64,32o vellentis, —, 24 post), nec minus p = n, es = ei; 63,5 codices „pondere silices“ quae voces varie emendatae sunt; pro t = l = i jam Schwabius pg. XXV complures lectiones affert. — Contra pro litteris b = p, d = p, b = d, mutatis

³⁹⁾ ed. pg. 194 ann. cr. ad c. 92.

exempla corruptelarum omnibus codicibus communium afferri possunt: 63,93 rapidos (rabidos). 64,4 pupis (O. cett : puppis = pubes). 21,9 ipsi (id si); — 64,104 succedit (succepit). 16, 1. 14 dedicabo (pedicabo); — 4,3 tardis (trabis). 63,74 adiit (abiit). Nec vero is sum qui similitudinem litterarum unicam lapsus calami fuisse contendam; cuiam nondum accidit ut in scribendo item ut scriba Veronensis hic illic pro b litteram p etc. posuerit? — Pro litteris h et n commutatis unum ex laudatis exemplis huc pertinet 64,385 : nereus = heroum. Restant tamen in O vestigia linearum quae H, non N efficiunt (Ellis). c et s, i, g similes erant; quare 72,6 ita me nec = (m)i tamen es. 62,45 sui sed = suis est. 77,6 pectus (pestis). 62,9 visere (vicere = vincere). Praeterea in Archetypo x per es data erat : 17,3 ac sulcis (axuleis). — 67,32 china (cucnea = cyenea). 11,6 sagas, (O sagax, Sacas sagittiferas). — 36,13 Gnidus (Cnidus). 36,14 aleos (colcos = golgos). 64,75 cortynia (Gortynia); 63 (non 62), 33 luci (jugi).

Particulae litterarum interdum aut iteratae aut praeteritae sunt. Num vero ex schematis, quae Pleitnerus pg. 5 proposuit, lectiones quas attulit sint vere explicandae, non omnino dijudicabo. Commemorabo quae ad nostram quaestionem pertinent. er = a 64,282 (non 283) perit (parit). — ee = a 64,243 „inflati“, quod Pleitnerus putat interpolatum esse pro „infati“ hoc est „infecti“. — ce = a 71,1 sacrorum (sacer alarum). 76,21 seu (ceu) ab aliis in „heu“, ab aliis in „quae“ correctum. 25,11 insula (insulse).

pg. 6. Etiam ex his litteris permutatis non multas tenere possum, quae pro sua forma cum iis quibuscum Pleitnerus eas mutatas esse dicit mutari potuerint. Nam saeculo nono, quo Veronensis scriptus videtur esse, scripturis, quae dicuntur nationales, pro elementis e et t nondum formae erant, quae illa similia faciebant elementis r et e; proinde etiam quas sub his litteris c = r, t = e lectiones corruptas Pleitnerus affert, ab unico codice D petiit. Neque enim quam 10,30 libri omnes praebent lectionem „gravis“ pro Caius“ plus valet, cum corruptela ad nomen proprium pertineat. — Contra litterae t et s cum r, et s cum t, e cum e, e cum t tum jam simili forma erant, ut ab homine qui in transcribendis codicibus nihil nisi litteras premebat facile commutarentur. Ergo ad codicem Veronensem redeunt lectiones 6,13 et futura (ecfututa). 29,23 Diffutura (— tuta). 50,12 versaret' i. e. versaretur = versarer (cf. Schwab pg. XXIV,9). — 46,5 aestuore (aestuore). 50,18 caveris (cave sis). 63,38 mollis rabidus (mollis rabidus). — 114,1 mensula (mentula). 64,138 mitescere (O mirescere = miserescere). 44,7 expulsus sim (expuli tassim). — Pro mutatis t et i, l et i Schwabius quoque exempla affert; sed ea similitudine, ut commutari possent, etiam litteras l et r, li et n, li et b, ll et n, ss et u fuisse ex laudatis lectionibus mihi persuadere non possum.

E sequentibus studiorum Pleitneri paginis singula tantum quae meae argumentationi maxime inserviunt deligere volo.

pg. 8: Unrichtige Wortabtheilungen cf. Schwab. ferner 57,5 nece luentur = nec eluentur. 63,40 sol adura = sola dura. Dittographien oder Uebergehungen von Silben 36,10 vovere se divis (vovere divis). 64,55 vise (visere) —, 138 mitescere (miserescere). 61,203 invenerint (juverint). 64,307 undique questus (undique vestis).

Dittographien von Buchstaben: 64,121 ratis spumosa (rati). 63,53 ut caput (ut aput). — Uebergehungen von Buchstaben 22,14 infaceto rure (infacetiior rure).

De Datani
interpolati-
onibus
lectionibus-
que corruptis
accuratius
agitur.

Datanum ergo recentissimorum et maxime interpolatorum codicum esse jam iterum ac saepius obtinui. Nec minimo quidem documento laborem eum correctoris sustinuisse est mihi primum quod in fine codicis lacunae frequentiores fiunt, tum quod variae lectiones in brevioribus carminibus rariores sunt quam in longioribus. Ille vero quominus labore suscepto perfungeretur aliqua re impeditus est; nam a carmine 35^o etiam tituli desinunt. Itaque cum operam meam recensionem emendationum navare velim, quas lectionibus vel sincere vel corrupte hoc libro traditis nisus Pleitnerus periclitatus est, ea tantum mente subeo ut demonstrem, Pleitnerum perverse arte critica abusum esse.

16,9 codices omnes habent „pruriat D pruria“; itaque Pleitnerus pg. 3 : a = et D. pruria-pruriet. Non intellego, quare, cum sententia conjunctivum non postulet, a ceteris codicibus discedendum sit; contra si omnino causam errati afferendam esse putabat, quid non, ut saepius, litteram t ante i omissam esse posuit? (cf. St. pg. 6 : t = i).

64,204 habet D „in voto“, ceteri codices „invito“, „invicto“ B solus. Ergo sententia versuum est: Tantum erat numen Jovis, ut ne terra quidem et mare subsistere possent, sed simul moverentur. Contra „in voto“ sententiam adeo perversam redderet; nam verba quibus Ariadne modo usus est, non votum efficiunt, sed detestationem. Interpolator quia „invito“ non intellexit, „in voto“ scripsit. Contra Pleitnerus pg. 14: „Die übergeschriebene Variante (est Datani) ist entweder eine wirkliche Verbesserung oder kann als solche gelten“.

64,353 lectiones Ellisius ita adnotat: „praecernens“ B C G La² O h b d Baehrens: O „p̄c̄nens.“ G „p̄cernens“ „cern“ ex corr. „p̄cernens“ A La¹. Ven. „procernens“ D. — Codex Veronensis a scriba Oxoniensis plane depictus est; recte alterum compendium resolutum praebent G ejusque asseclae; librarius autem codicis D „procernens“ scripsit, quia prius siglum parum respexit. Ergo cum jam Statius recte emendavisset „praecerpens“, Pleitnerus pg. 46 lectionem editionis Parmiensis (anno 1473 impressae) „prosternens“ defendit: „Statt praecerpens praecernens G, lieft D procernens, da der Copist t nach c = s und wegen t = e übergangen hatte“.

98,1 „inquam quod“ ABCGHL La¹ La² O h Vat. Jam primi Catulli editores lectionem, quam margo L praebet „in quemquam“ receperunt et omnes recentes ad Baehrensium usque eos secuti sunt. Sed quia D et c „inquam quod“ habent, Pleitnerus in illa facili conjectura acquiescere non potest; nam cum lectio Datani ceteris quibus breve carmen implet conjecturis [v. 1 rictu (vulgo Victi), v. 3 tu . . . lubeat (vulgo: cum . . . veniat), v. 5: si vero omnino . . . rictu. Hiscas (si nos omnino vis perdere, hiscas)] accommodatior sit, eam immutavit in: „unquam quid.“⁴⁰⁾

64,106 cōpore Vat.; corpore BDD; cortice ceteri. Ex hoc versu D et ambo libros BVat. recte concludi aliqua ratione cohaerere negarit nemo; ego equidem de codicibus Bononiensi et Vaticano magis magisque credere incipio quod Baehrensius opinatur⁴¹⁾, Bononiensem patrem esse librorum ceterorum (s); Vaticanus ergo e veteribus ejus apographis est. Ex his quoque libris prius a correctus est, deinde D, non ex unico illo exemplari, ut putat Pleitnerus, quod a Poggio repertum esse Baehrensius statuit. Id admoneo contra illud quod dicit Pleitnerus pg. 134:

⁴⁰⁾ l. l. pp. 55. 56.

⁴¹⁾ l. l. pg. XXX.

„Sollten vielleicht beide (D und a) von der 1425 von Poggio aufgefundenen Catullhandschrift stammen?“ Proinde non unde D, sed unde B lectiones ab Oxoniensi et Sangermanensi diversas repetierit anquirendum est. Pleitnerus igitur pg. 43 concludit: „corpore“ D statt cortice, letzteres unbillig und Stoffe. Non ita; nam nos quoque recta imagine et translatione dicimus: die Rinde des Baumes schwißt, quidni Romani poëtae? atque usi sunt eadem figura, velut Verg. ecl. 4,30. Atqui non magis „cortice“, quam „corpore“ figuram efficit; nam recta dictio est „pinus cortice conigera“; fit figura participio „sudanti“ ad vocem „cortice“ adjecto.

64,369 subcumbens D, percumbens a, unde Ellisius „procumbens“ suspicatur scriptum fuisse in eo libro ex quo derivati essent Da. Qua opinione ductus Pleitnerus pg. 46: „procurrens“ D, d. i. procubens, wie auch 389 procumbere tauros. Anstatt der Iphigenia fällt eine Hirschkuh als Schlachtopfer, victima procumbens und projiciens mit absichtlichem Gleichklang in beiden Vergleichungsgliedern. Ne hoc quidem loco ut ei assentiar perduci possum. Nam prius nostro loco „victima ferro succumbit“: sobald das Opfer von dem Beile getroffen ist, sinkt es nieder. Hoc temporis momento nihil refert, num quis, ut v. 389 Jupiter, facie procumbentem eam conspiciat; neque enim is primum ictus effectum, sed solum casum respicit: is vero obliquus est. Recta ergo dictio est succumbendi, huic succumbendi motui conjuncta quidem est promotio quaedam corporis cadentis.

68,83 colitis G marg LOh; petitis a D; quaeritis ceteri; lectio „quaeritis“ quam habent B La¹ Vat. quoque, metri causa a versu excludenda est; in quaestionem igitur „colitis“ et „petitis“ vocantur. Alteram ab Ellisio in textum receptam defendit Pleitnerus.⁴²⁾ Equidem contrariam habeo opinionem; quia „quaeritis“ metri causa legi non posse intellegebat, scriba libri D „petitis“ interpolavit. Unde BLa¹ Vat. „quaeritis“ petierint, in medio relinquo.

68,^b36 pacificasset ABCG La¹ La² O Vat. Ven.; conciliasset a D marg Vic. (lib. ser. a. 1460). Pleitnero⁴³⁾ altera lectio placet, quia cum lectione „invitis“ versus 38 magis consentiret. Mea quidem sententia poëta de more antiquarum gentium cogitavit, ex quo eae pace conciliata sacra faciebant, cum scriberet versus: „nondum cum sanguine sacro Hostia caelestis pacificasset heros.“

76,11 invita D, irata ett; quapropter commovetur Pleitnerus ut emendet (pg. 60) „lymphate.“ Alio loco⁴⁴⁾ „incensa“ coniecerat.

Legas velim quae de carminis 66ⁱ corrupto versu 28^o ille dicit⁴⁵⁾ (quod ABGL La¹ La² O Vat.; quo cett. — fortior omnes). Ego cum Ellisio censeo lectionem libris GO servatam non

⁴²⁾ l. l. pg. 48: „Die Lesart petitis von D ist auch durch die Stoffe quaeritis geschützt. In colitis ist höchst wahrscheinlich co nur Dittographie des vorangehenden to (c = t), worauf mit Uebergehung von pe wegen dessen Ähnlichkeit mit tit [pe = ve, — (p = n) —, t = e, also tit = ve] titis nach co als litis (t = l) aufgefaßt und daher colitis geschrieben wurde. Doch setzte der Copist die richtige Lesart petitis nachträglich als Ueberschrift; so erscheint sie in D, dagegen colitis in G.“

⁴³⁾ l. l. pg. 52: „Ich lese also mit D conciliasset; denn der seine Wortbezeichnungen ein (sein?) wählende Dichter würde sicher in Bezug auf pacificasset gleich darauf nicht invitis, sondern infestis gesagt haben, während invitis = non propitiis seiner Bedeutung nach mit conciliasset übereinstimmt. conciliasset war in der Handschrift, aus welcher G abgeleitet ist, nach caelestes der ähnlichen Züge wegen übergangen und die Lücke durch pacificasset ausgefüllt worden.“

⁴⁴⁾ Des Catullus Gedichte an und über J. Cäsar und Mamurra. Speier 1849. S. 8.

⁴⁵⁾ Stud. S. 47: „Daß der Archetypus fortius hatte und fortior nur durch irrthümliche Auffassung der Endung us als os entstand (u = o, s = r), erweist ganz sicher die Lesart quo in D, welche fortius bedingt, während in der Sippe G das Relativ der Lesart fortior angepaßt und daher quo in quod verändert, dadurch aber fortior vor einer Aenderung bewahrt blieb.“

esse corruptam; nam quem offendam transvertens versus 27, 28: „anne bonum oblitus es facinus quo regium adepta es Conjugium, quod non fortior ausit alis?“ oder hast du vielleicht die große That vergessen, durch die du die Ehe mit dem Könige erlangt hast, weil kein anderer wegen seiner größeren Tapferkeit sie wagte? Schwabius emendavit „quo non fortius ausit alis“ quem secuti sunt editores recentissimi ceteri.

Criticorum oculos animosque etiam ad perlegendam quaestiunculam cui Pleitnerus subiecit carmen 67, advertam, praecipue propter versum ejus 29^{um}. Nam cum in Datano pro vulgari lectione „narras“ variam „narrem“ (a nostram) inveniret, inde nomen proprium „Varum“ deduxit. Tum pergit⁴⁶⁾: Nun verlangt aber die Tendenz des Gedichtes unabweislich die Angabe nicht bloß des Vaters der Frau, der nach der Lesart narrem in D Varus hieß (u = n, u = re), sondern auch von dessen Tochter, der Frau des Caecilius, die der Vater wohl nach seinem Namen Varona benannt hatte. Die Aenderung des Namens der Frau in den Städtenamen Verona könnte eben sowohl absichtlich als zufällig erfolgt sein. Hujus Pleitneri commentationis ea de causa majorem rationem habui, quod hic quoque vir doctus praenomen Catulli „Quinti“ versibus 13 — 14, quos scribendos proponit: „Verum istaec populi janna, Quinte, facit, quod, quocumque aliquid reperitur non benefactum“ denuo defendit.

62,59 Et tu nec ABCGL La¹ La² O Vat. a h d; et tua nec T, tu non nec D. Simplicissime et (puto) recte Ellisius emendavit: „Et tu ne pugna“, praesertim cum codex quoque Thuaneus eo spectet; nam littera a nihil est nisi iteratio vocalis u. Pleitnerus⁴⁷⁾ lectionem Datani immutat in „tu quoque ne“.

Jam vero complures locos percensebo, in quibus Pleitnerus suum codicem laudatum interpolatum esse ipse liberrime professus est. 2,5 D exhibet, ut Schwabius adnotat (Ellisius non commemorat lectionem a vulgari quae est „me“ discedentem), „desiderio mei.“ Pleitnerus pg. 102: „desiderio mei in D weist auf eine Lesart hin, mit welcher mei, sicher nur Erklärung zu meo, vereinbar war.“

12,14 sethaba ACGHLa¹; sectaba a; thessala Vat. D. — Pleitnerus⁴⁸⁾ lectionem codicis D miram dicit; e codice Vat. repetita et in hoc interpolata est.

Eodem loco Pleitnerus⁴⁹⁾ de 55,7 agit [preudi Oc (recte), perdidit D, „prehendi“ cett].

64,11 rudiit D, „imbuit“ cett. Pleitnerus pg. 42: „rudiit in D scheint mir verstümmelte Glossen statt erudiit zu imbuit; sie weist auf prima und Amphitriten; „(e) rudiit“ ego censeo glossam esse mutilatam ad adjectivum „rudem“.

104,2 „nobis“ pro „mihi“ D, „mihi“ cett. Ego a Pleitnero⁵⁰⁾ dissentiens existimo scriptorem

⁴⁶⁾ l. l. pg. 51.

⁴⁷⁾ l. l. pg. 35.

⁴⁸⁾ l. l. pg. 7.

⁴⁹⁾ l. l. pg. 7.: „Sonderbare Lesarten in D darf man nicht gleich als interpolierte über Bord werfen. Z. B. 55,7 perdidit = perendi (di = en) für preudi.“

⁵⁰⁾ l. l. pg. 62: „v 2 ist nobis statt mihi in D nur Dittographie der beiden letzten Silben von amboaus (b = u = n), welche „höchst wahrscheinlich“ auch „in V übergegangen“, in der Abschrift aber, von welcher G abgeleitet ist, in das richtige mihi, worauf schon das Metrum hinwies, verändert worden war.“

codicis D ipsum „nobis“ interpolasse primum, qui sententiam unius solius versus respiciens „mihi“ pravum esse arbitrabatur; idcirco metro neglecto „nobis“ eum scripsisse.

Carminis 112 v. I^{um} G et O concludunt voce: „homo“; homoque ACHLLa¹ La² Vat. Ven.; homo sed B a. m. sec. D; homo est a h d. Pleitnero⁵¹⁾ quoque hic proxime ad integram lectio „homoque“ accedere videtur, cum „homo sed“ aperte interpolatam putet.

Tertio loco Datani proprium est illud quod nonnullis locis vocabula relicto spatio omisit; eoque magis id est ejus proprium quod locos quos quidem commemorat Pleitnerus, vel ad ultima carmina spectant. *Stadtbibliothek Epora*

97,6. ploxeni Vic. (Ellis: fortasse ex Festo). ploxnio O, ploxnio h, ploximo GHLa¹ a Phil.; ploxiom^o B; ploxonio AGL La²; ploxiomio Ven. Vat. a. m. pr. vocabulum omiserunt spatio relicto De. — Scripturam quam Bononiensis exhibet codicis quoque vetusti Veronensis fuisse Ellisius arbitratur; certe ex ea ceterae facillime explicantur; namque GHLa¹ a Phil. primam manum receperunt; vocalem „i“ voci inseruerunt Ven. et Vat. a. m. pr. (ploxiomio), ad quam correcturam etiam lectiones codicis O et codicum ACLLa² per se diversae redeunt. In libris De vocabulum omissum esse puto quod librarii aut significationis vocis ignari aut quia lectionem cognoscere non poterant aptam glossam non statim reperiebant. Pleitnerus in Datano vocem omissam esse non commemorat, quamquam in persequenda sua ratione critica lectione ei⁵²⁾ opus erat.

101,8 „sunt“ codices; om. D. a. m. pr. — tristi ABCGHLLa¹ La² O Vat. Ven. h.; vestras a, tristis **ed**; spatium in D; — munere ABCLLa¹ Oa; muñ Vat.; munera cett. — Proinde codex a rectam „sunt“, sed interpolatam lectionem „vestras“ praebet; D utramque vocem intermisit et spatium conjecturae reliquit. Hanc Pleitnerus excogitavit, ita versum, relativo „quae“ in praecedenti cum praepositione „de“, quam Datanus offerebat, mutato scribens⁵³⁾: „tradita lugubres munera ad inferias.“ Huic enim carmini carminis 65ⁱ versus 9—15 F. Haasius (miscellan. philol. lib. III. Vratisl. 1861, approbantibus Boehmio quaest. Cat. 10, Schwabio quaest. I. 272, O. Ribbeckio „de Catullo“ Kiliae 1863 pg. 40. 57, G. Bernhardio hist. litt. Rom. 552, C. Lehrsius ann. Jahm. LXXXVII 540) inserendos esse primus contendit. Nunc Pleitnerus eidem etiam 68^o93—96 versus adjungendos esse confirmat. Qua amplificatione certe pulchrum carmen funebre contextitur. Nostrum tamen versum, ut nullam omnino hujus conjecturae rationem habeam, cum Schwabio lego: „Tradita sunt tristis munera ad inferias“; nam primum vocali a vocis munera ante sequentem a in Archetypo omissa facile lectio muner' ab altero quodam librario false ad ablativum „tristi“ relata, „munere“, ab altero et elegantius et rectius ad vocem „tradita“ relata, „munera“ compleri poterat. Deinde vero in proximo versu lectio ceterorum

⁵¹⁾ l. l. pg. 63: „Hier scheint die der richtigen Lesart zumeist sich annähernde Verderbniß homo que; homo sed in D ist offenbar Interpolation.“

⁵²⁾ l. l. pg. 13: „Noch eine andere Eigenthümlichkeit des Codex Archetypus veranlaßte viele, und zwar keineswegs immer erkennbare Verderbniße des Textes, daß nämlich die beim Vortrage zu elidirenden Silben auch in der Schrift unterdrückt, somit die Wörter nicht angeschrieben waren, und zwar ohne Anwendung von Elisionszeichen. In Folge dieser Eigenthümlichkeit war ein dreifacher, durch die Continuität der Schrift sehr begünstigter Irrthum möglich, daß nämlich Elisionen angenommen wurden, wo keine bestanden, oder wirklich vorhandene nicht erkannt und endlich richtig erkannte unrichtig ergänzt wurden.“ — zu 2.) führt er an pg. 14 ploxonio = ploxiomio statt ploxiom^o habet.

⁵³⁾ l. l. pg. 30.

codicum „multum manantia“ in Datano loco suo mota est vocibus „multa mea munera.“ Ex quo haec duo sequuntur, ut scriptor Datani cum voces „mea munera“, quae fortasse in codice aliquo ignoto glossa ad „manantia“ fuerint, versui inseruerit tum „multum“, quod compendiose multū scriptum videbat, in „multa“ emendaverit, metro versus ut 104,2 (cf. supra pg. 16) ita ne hic quidem respecto. Attamen conjecturam quam Pleitnerus proposuit⁵⁴⁾ „multo“ rectam esse puto.

Carminis 107ⁱ versus 7^{us} hoc modo traditus est: D quis me vivit uno felicior aut magis (vacuum spatium); cett. quis me uno vivit felicior magis me est A pr. BCG La¹ La² Vat. Ven.; me est al hac L. me hac est O Vic. h; „me exstat“ a. Versus a permultis viris criticis suppletus est, ergo ne Pleitnerum quidem effugit. Scribit hic⁵⁵⁾. „Quis me uno vivit felicior, aut mage quicquam Optandum hac vita dicere quis poterit?“

Etiā in sequenti carmine Datanus lacunam exhibet, sed loco alieno. 108,1 Sic homini populari arbitrio tua cana ABCGLLa¹ La² O Vat. Ven. habent, qui versus vulgo legitur: „Si Comini populi arbitrio tua cana. D: Sic homini arbitrio . . . t. c.“ Pleitnerus p. 15: „popul' arbitrio hatte der Copist als populari arbitrio aufgefaßt, dann über die als unrichtig erkannte Dittographie ari zum Zeichen, daß sie in Wegfall zu kommen habe, populi jedoch in Geltung bleibe, arbitrio gesetzt, worauf dieses Wort in der Handschrift, aus welcher D stammt, statt beider eingesetzt wurde und so populi ausfiel; die offenbare Lücke wurde später an unrichtiger Stelle angenommen.“

Inde colligi potest quid his versibus Pleitnerus profuerit: 29,19 Hiberno omisit D suo loco (initio v. 19ⁱ), habet in fine versus 18ⁱ; O Libera cett. hiberna suo loco. — Nemo fere huc usque lectionem codicum in dubium vocavit; Pleitnerus autem concludit haec pg. 43: „Im Anfange des Verses war opima vor quam übergangen; denn hiberna ist, wie schon seine Stellung in D ver-räth, Glosse. Geschrieben war opia und ist op = qu, also opia = qua (quam) et pg. 122: „Das mit Recht für unhaltbar erklärte hiberna ersetzt Böhl durch obesa, ich durch opima.“

68,^b89 Pleitnerus lectionem Datani „horum“ pro „tuorum“ (BCGLLa¹ La² O Vat. h. a.) non commemorat; emendat versum pg. 9: tuorum statt tu verum.

Restat ut de uno agam loco corrupto, ad quem recte emendandum codex D rectam viam monstravit. I 8,9 codices omnes exhibent „quod patrona virgo“, praeter D La¹ a. m. s. qui habent quidem, qua lectione Munro melius quam Pleitnerus usus versus duos ita restituit⁵⁶⁾: „quare habe tibi quicquid hoc libelli | Quaecunque quidem patroni ut ergo Plus uno etc.“ Pro duabus vocibus „ut ergo“ in Veronensi vulgata earum compendia adhibita erant ū ḡ, quae falso in „virgo“ resoluta in omnibus quae extant manuscriptis apparent, quam interpolatam lectionem Schwabius⁵⁷⁾ hodie quoque explicare studet.

⁵⁴⁾ l. l. pg. 32: „multum scheint mir das folgende m angezogen zu haben, weil ja munera multo fletu manantia angemessener scheint als munera fratris fletu multum manantia, so Cic. div. I 34,74 Herculis simulacrum multo sudore manavit und andere Stellen in den Lexicis s. v. manare, wo irgend ein ähnlicher steigender Zusatz bei manare sich findet, der auch nach dem Begriffe des Wortes ganz überflüssig ist.“

⁵⁵⁾ l. l. pg. 15.

⁵⁶⁾ l. l. pg. 3: „I am not sure that the old 15th century correction „quidem“ is so much more improbable than the „quod o“ of Palladius. Then as knew it has always struck me as most plausible, it is clear, that in the lost archetype a must have greatly resembled ei, thus in 7,9 V basiei for basia, and in 65,14 O gives asumpta for asumptei.“

⁵⁷⁾ l. l. pg. 258.

106,1 Pleitnerum primum recte emendasse puto; „ipse“ habent ABCDHLLa¹ La² Vat. Ven.; lectio ergo exiit a codicibus B La¹ Vat.; esse G O; recentissimorum editorum alii **esse** (etiam Baehrensium), alii **ipse** retinuerunt. Pleitnerus⁵⁸) coniecit **apte**.

Hac recensione lectionum variarum earum codicis D, quibus Pleitnerus ad emendandas Catulli corruptelas sibi utendum esse putavit, equidem priore loco ostendisse mihi videor codicem illum ex libris et maxime et novissime interpolatis esse aetiusque cum B La¹ Vat. cohaerere, interpolatorem vero id quod sibi proposuerat nescio qua de causa non peregisse; deinde fortasse non inutilem operam fore si quis naturam variarum codicum B La¹ Vat. lectionum, quae, dum accuratius examinatae erunt, interpolationes habendae erunt, perscrutetur. Nam etiamsi revera multae admodum glossas redolent, quaestio aperta est tamen utrum alicunde eae repetitae an solum grammatici alicujus conjecturae putandae sint.

Ceteras lectiones Datani corruptas, cum in universon leges quas iis Pleitnerus constituit saepius labefiant, in complures alios ordines adducere conabor. Praemittam quas ejus qui codicem exaravit conjecturas esse puto; sunt illae quidem admodum rudes: 6,8 sertisque assyrio (asirio G O, assirio B La¹ Vat.) recte „sertis ac syrio fragrans olivo.“ — 14,16 amabit (lectio a Schwabio solo adnotata pro abibit). — 64,279 caelestia pro silvestria. — 65,8 matris pro nostris. — 66,83 petitis (B La¹ Vat. quaeritis).

In perlegendis his quae sequuntur mendis reminiscere quomodo ipse saepe in scribendo peccaveris. Multa sunt quae eo pertinent: similitudo litterarum, praecoccupatio ut ita dicam litterae alicujus sequentis vocabuli quia mens ductui manus praecurrit, scripturae ratio codicum veterum magis minusve continua, paronomasia, apud poetas elisio. Ex his aliisque causis et totae litterae et partes litterarum tum iteratae tum praetermissae sunt. Ordines qui sequuntur ipsi ita compositi sunt ut subsequantur vocabula eodem vocis loco corrupta, atque incipiam a vocibus in interiore syllaba corruptis 5,4 redare (redire). 8,6 ili (ibi). 12,3 negligentiarum (negligentiorum). 13,8 aranarum (aranearum). 23,21 labillis (lapillis). 28,10 trhae (trabe). 29,14 ait (alit). 36,14 alios (alios — Golgos). 51,3 aversus (adversus). 61,170 imo (intimo). 63,18 hilaritate (hilarate). 63,64 ginasti (gymnasii). — 63,66 floridus circulus (florideis corolleis). 64,43 epbur (ebur). 61 sassea (saxea). 80 incena (moenia). 132 advectam (avectam). 212 meonico (moenia). 216 indibius (indubiis). 227 duget (dicet). — 66,39 cassi (cessi). 47 credant (cedant). 80 uno animos (unanimes). — 67,43. 46 homine (nomine). 68^a,1 casusque (casuque). 13 aspice (accipe). 68^b,9 arenea (aranea). 11 anathusia (amathusia). 41 vovit (novi). 45 scribant (scibant). 60 detinat (detinet). 107 unus (unis). 113 plura (plurima). — 71,4 morfice (mirifice). 72,1 dicabis (dicebas). —,7 talis (telis). 76,4 adusum (abusum). 96,2 accipere (accidere). 104,1 mala dicere (male dicere). — 4,11 cytherio (cytorio). 10,13 facerent (faciens). 64,204 in voto (invicto). 66,78 uini (uni). — 28,12 verpa (verba).

Sequantur voces in ultima syllaba corruptae: 13,2 et 82,1 Sit (si tibi). 16,9 pruria (pruriat). 42,1 adest (adeste hendecasyllabi). 47,5 laute (lauta sumptuose). 61,169 illo (illi non). 64,10 pinee (pineae). 66 cum (cui Juppiter). 66 tota (toto delapsa). 116 pluri (plura). 142 ventis (venti). 201 fimeste (funestet), vocabula hujus versus fere omnia in e cadunt; praeterea nostram vocem sequitur litterae a forma similis sibilans s. 376 reviset (revisēs = revisens). 65,19 furtivum (furtivo munere). 67,45

⁵⁸) l. l. pg. 61.

practere (— rea addebat). 68,^b41 suscitāt et (suscitata cano). 111 tangat (tangas). 115 a tua (et tua). 72,7 quid (qui potis). 76,2 hominum (homini cum). 77,4 miser (misero eripuisti). 79,2 quo (quam te). 80,3 domum (domo cum) 88,7 quod (quo prodeat). 100,5 cele (Caelei). 106,2 quid (quid credat). 107,2 animi (animo proprie).

Primae syllabae velut harum vocum in Datano corrupte traditae sunt: 14,1 me (nec). 36,19 titris (turis-ruris). 62,45 suis sed (suis est). 64,80 incena (incenia=moenia). 237 cognoscām agnoscām [co (to) = a Schwab. pg. XXIV, Pleitn. p. 11]. 67,43 et 46 homine (nomine). 67,42 conciliis (ancillis). 90,5 ait (ut). 109,2 nunc (hunc). 113,1 fonsule (consule). 105,1 Centula (Mentula). 115,1 Lentula (Mentula); ultimae corruptelae ipse Pleitnerus confitetur se nescire quomodo exortae sint, eisque addidit 100,1 Melius pro Caelio, et 74,1 Lelius BCDG La¹; Gellius H h; e codice O Ellisius „Selius“, Baehrensius „Gelius“ variam lectionem adnotavit.

Locis compluribus emendationes lectionum libri V sive potius apographi quod secutus est corruptarum scriba Datani conatus est, quae tamen nondum, ut lectiones variae pg. 19 allatae, interpolationes quamvis rudes habendae sunt. In quibus sunt 11,13 ferre (cett: fere = feret). 36,14 alios (alios = Golgos). 64,36 micenis (nicenis = moenia). 95,10 enthimare (entimacho = antimacho). 14,19 sufferam (Suffenam, — num). — 36,12 id alium B La¹ D (Schwab.) ad alium O. adalium al. ydaliū G (Idaliū). urosque ABCLLa¹ Oa. uirosque Vat. utrosque D. utrosque al. urosque G. 44,4 sabini pignoris D (sabinum pignoris = s. pignoris esse BGLa¹ La² O Vat.). — ,8 mens vertur CGLLa¹ La² O. vertitur mens al vertur B. mens vētur Vat. mens virtus D. mens veretur h. (= meus venter). 51,1 mi impar (= mi par). 63,28 Tasiis D. (Thiasis Oh. Thiasis BLLa¹. Thyasiis G = Thiasus). 43 Pasiteo (Pasitheo BGLa¹ O Vat. = Pasithea). 68,^b1 quam fallimus (fallius sive falius cett. = Allius). — 24 leniter (lenius recte b a d, levius cett). 17,1 Oculo in aq; O. O culo in aque GH. oculo in aquae BDLa¹ Vat. = O colonia quae. 22,6 nove codd. plerique; novem D a = novi sive novei. 61,207 ibidem (indidem). 64,125 clarissimas (clarisonas). — ,156 rapta (rapax). 76,22 delicias ac delitias (laetitias). — 65,14 Daunias D (= Daulias), Daumas a. Davilas BLa¹ La². Bauilas G. Bavilas Vat. Bavilla O. 65,16 battiadae Vat. bactiadae BLa¹. actiade O. acciade G. abat(e?)tiade D. ab acciade a.

De corruptelis
lectionibus-
que ab Oxo-
niensi solo
integre ser-
vatis agit.

Jam vero iis quae ad accuratiorem codicis Datani descriptionem afferri possunt allatis nunc ad Oxoniensem transeo, ea mente imprimis ut corruptelas ejus nonnullas codici Datano similes componam; deinde nunc occasio est atque opportunitas lectiones ejus alias proferendi, in quibus virtutes a Baehrensi ei attributae magis cernentur.

Illuc hae pertinent corruptelae: 25,2 „medulla“ codices omnes pro „medullula“; imula CGLa¹ La². imulla LO. unula BL Vat. nulla D. — moricilla BDGL Vat. a. moricula La¹. mollicula O; versus recte emendatus est „medullula vel imula oricilla“. 51,13 Catuli (Catulli). 62,50 vitem (mitem). 63,89 ficit (facit). 64,36 nicenis [D micenis; nitenis BLa¹; nitens Vat.; moenis h; alacrisea (alacrissea O. alacrista Vat.)] = moenia larissaea: ergo erratum omnibus codicibus commune nititur falsa vocabulorum separatione. — ,132 avertam (avectam). 102,4 fanum (factum). 64,61 saxa (saxea).

Deinde vero etiamsi lectiones tantum quas Pleitnerus laudavit corruptae respiciuntur, tamen earum quoque codicis O aliae genuinis proxime accedunt, aliae in eo ne corruptae quidem sunt.

Cognosces illud de his: 34,12 omniumque sonantium (= amniumque). 61,222 telamaco (Telemacho). 64,4 pupis (cett. puppis = pubes). 64,35 siros (syros DG = seyros). 64,66 delapse corpore (= delapsa e corpore). —, 138 mirescere (miserescere). —, 385 nereus (heroum, nam „restant in O vestigia linearum quae H, non N efficiunt“. Ellis.). 63,81 terga (tergo). 64,165 externata. —, 179 ponti (pontum). 66,55 avolat. 68^b,6 carta (certa). 74,1 Gellius (Lellius).

Versum imprimis unum, tertium carminis 97ⁱ, in quem propter perversam vocabulorum diremptionem aciem ingeniumque suum huc usque viri docti frustra intenderunt, primus Rossbergius⁵⁹) e codice O recte restituit; ita scribendus est: „Nilo mundius hoc nihiloque immundius illud.“

Quibus rebus illustratis bona fide has, quas Pleitnerus codicem D secutus contra Oxoniensem proposuit, emendationes refellendas esse censeo: 64,183 lentos Oh marg L. ventos ABCGHL La¹ La² Vat. a. d; unctos D. — lentos Schwab. Ellis. Baehrens.; Pleitnerus, cui haec lectio non placet, illam Datani „unctos“ in „tinitos“ immutavit.⁶⁰)

64,139 „blanda“ pro „nobis“ habent iidem codices O h. marg L; in textum hanc variam lectionem recipere primus ausus est Baehrensus, ut arbitrator, optimo jure. Pleitnerus⁶¹) eadem commotus vocabulum etiam proximi versus „voce“ in „vane“ corrigere non dubitavit. Schwabius⁶²) „nobis“ retinuit.

66,79 ne Baehrensus quidem lectionem Oxoniensis recepit; et tamen eam alteri Sangermanensis praeferendam esse ego censeo. Habent enim „vixit“ OBLa¹, vixit HLa², vicit D, junxit cett. In Veronensi igitur erat „vixit“, quod compendium ut utroque modo vocabulum resolveretur permittebat. Hac voce excepta Ellisius versum recte restituit: „nunc vos optato quos junxit (ego: vixit) lumine taeda.“ cf. ad hunc verbi vincendi usum Plaut. Trin. 3,2. 32 vi Veneris vincitus; Tac. ann. 6,45 alquem pacto matrimonio vincire. Pleitnerus⁶³) ita versum transformandum proponit: nox optato queis luxit lumine taedae.

Manuscriptorum extantium ne unum quidem e codice O ipso transcriptum videtur esse. Nam hic quamquam cum ceteris communem habet velut 64,176 corruptelam „consilium“ pro „consilia in“, „nostris“ tamen vox in eo solo praetermissa est, ut causa non intellegatur.

Codicum extantium ne unus quidem ex Oxoniensi transcriptus videtur esse.

⁵⁹) I. I. pg. 178: „In diesen Verse, für welchen Baehrens prol. pg. XVI mit Evidenz die Entstehung einer unsinnigen Lesart des G nachweist, lauten die Worte in O: nil omundius hoc nihiloque (nloq;) immundius illud. Den Anfang dieses Verses glaubt B. in nilo mundior hic . . illud umändern zu müssen, aber sehr mit Unrecht. Der Dichter sagt v. 1 non quicquam referre putavi utrum etc. Diese Unterschiedlosigkeit kann aber gar nicht besser illustriert werden als durch die unveränderten Worte von O. Nur muß man natürlich hoc als Abl. fassen: illud (os) mundius nihiloque immundius hoc (culo) est. B. hat sich durch die bisher angenommene Zweitheiligkeit des v. verleiten lassen, ebenfalls eine solche herzustellen.“

⁶⁰) I. I. pag. 44: „Auch hier hat die Ueberschätzung von G die richtige, durch D gebotene Lesart verkennen lassen; denn unctos = tineos (ti = u). V hatte wohl uctos überliefert; bezog man das siglum auf u, ergab sich die Lesart unctos; las man aber c als e und bezog das vielleicht nicht ganz richtig gestellte siglum auf e, so ergab sich ventos, die Lesart von G; lentos in O ist Interpolation.“

⁶¹) I. I. pg. 11 voce = vae, d. i. vane, was schon Mitscherlich, jedoch ohne diplomatische Begründung, daher erfolglos vermutete, et pg. 43 blanda in O ist durch die Corruptel voce veranlaßt worden.

⁶²) I. I. pg. 265.

⁶³) I. I. pg. 48.

57,7 omnes codices „uno in lectulo erudituli ambo“ tradunt; solus Oxoniensis praebet „lecticulo“. Bachrensius et Munro ut hiatum et correptionem longae syllabae evitent, lectionem Oxoniensis receperunt. Praeterea hic⁶⁴⁾, postquam de formatione deminutivorum plenius egit, „lecticulum“ deminutivum esse vocis „lecti“ demonstrare studuit: now we learn from the lexicons that pannibus is quoted from Ennius by Charisius, from Pomponius by Nonius; it was therefore once of the 4th as well as of the 2nd decl., and consequently we find panniculus as well as pannulus. Ussing on Plaut. Amphitr. 509 (513 = 1,3.15). cites Priscian VI 73 who quotes Cornificius for the gen. sing. lectus and he is supported in this by the Mss. of Plautus: lectus therefore was once of the 4th and conformably with this Catullus uses lecticulo. Ergo Schwabii sententiam (act. litt. Jen). item refellit ut Bachrensius prol. pg. XXIII sese plane non intellegere dicit, quomodo Schwabius contendere potuerit, „per leges sermonis latini non licere formari diminutivum „lecticulus“. Ego tamen in opinionem Schwabii ab illis discedo; nam censeo a nullo unquam „lecticulum“ nostrum deminutivum vocis „lecti“ putatum iri, sed „lecticae“; hujus vero vocalis „i“ longa est, ergo nova difficultas et ea metrica obvenit. Proinde conjecturam probo Pleitneri quam statuit pg. 123: „uno in lectulo, ut erudituli, ambo“.

De versibus
tribus, qui
pro omissis
duobus in
interpolatis
codicibus
deprehen-
duntur.

Semel etiam, priusquam primae quaestionis particulae finem faciam; ad codicem Datanum ejusque asseclas mihi redeundum est. Supra enim omnes codices nostros ab uno Veronensi profectos esse multis argumentis docere studui, ex quibus non minimum erat complures versus per omnes codices ex iisdem et corruptelis et lacunis laborare. Illi vero libri quos laudavi, non modo contra omnes codices aliquotiens lacunas completas exhibent, sed etiam in carmine 65^o versum in ceteris non extantem nonum offerunt. Ut ab hoc incipiam, ea de causa plus valet quod Pleitnerus eum ita transformavit ut in carmine quod in fratrem Catulli mortuum pg. 28 sq. (cf. supra pg. 18) coagmentavit funebri sententia tali carmini accommodata insit. Omittunt igitur eum sine interstitio BCGHL¹ La² O Ven. h.; relicto spatium L, cum v. 10 Vat. nullo spatium relicto: habent AD Rice. a c d ed. pr., nec vero omnes eadem integritate; sed cum A a d. plane integrum eum exhibeant „alloquar, audiero nunquam tua verba loquentem“, in D vocabulum „verba“ deest. Pleitnerus ergo ita eum immutavit: „Alloquia audibo nunquam tua suave loquentis.“ Sed huic versus conferendus est 68^b,7, cujus loco spatium unius versus reliquerunt BCGLL¹ Vat Ven. h. c. d. Phil. Novissime Munro locum complere conatus est versu: „nunquam ego te primae mihi ademptum in flore juventae“; in OLa² sine intervallo p. v. 6 sequitur versus 8 (notescatque); in ADa Vic. „omnibus et trivius vulgetur fabula passim“, qui versus in codice Parisino 7989 Senecae ascribitur, sive hic est Seneca quem Lucani scholiastae dicunt primos septem versus Pharsaliae scripsisse, sive (id quod verisimilius est) Thomas Seneca qui vixit Anconae circa annum 1420, uti censent Hauptius Opusc. I. pg. 28 sq., Ed. à Bruner pg. 627; contra marg. D et ed. pr. habent: „omnibus inque locis celebretur fama loquetur“. Ut igitur de hoc jam non dubitatur quin suppositicius sit, ita Munro nostrum quoque versum (65,9) recte judicavit⁶⁵⁾: „The strange Datanus hat a barbarous ungrammatical interpolation: alloquar etc., which Ellis in my opinion vainly tries to explain.“

⁶⁴⁾ l. l. pg. 132.

⁶⁵⁾ l. l. pg. 144.

Exempla vocabulorum suppositorum duo, quae Pleitnerus quoque respexit, proferam.

68^b, 116 „ipsa“ omiserunt ABCGLLa¹ La² O Vat. h. — 97,5 „nam sine dentibus est hic dentis seseque (serreque Vat.) de dales“ ABCGLLa² O Vat. h.; „nam sine dentibus est hic dentes hos (os: a Ricc.) sexquipedales“ (Da Ricc.). Pleitnerus⁶⁶) priori versui conjecturam Statii commendat: „ipsi in qua“; mihi Baehrensium primus recte eum scripsisse videtur: „nos lusimus“; nam ita efficitur, ut eodem modo quo v. 115 tu et tua vita, sic nostro nos et domina sibi respondeant. Alterum vero Rossbergius in pristinam formam redegit: „nam sine dentibus est os. dentis sesquidales“. Pronomen compendio h scriptum erat quod „hoc hos hic“ significare potest. Proinde optimi soli codices „hic“ praebent; librarii vero codicum a D Ricc. fortasse ad marginem codicis alicujus glossam hos adscriptam inveniebant, quam in os mutatam in versum receperunt qui Ricc. et a exarabant, non mutatam scriba Datani. Alia loci hujus explicatio in studiis Pleitneri⁶⁷) reperitur.

Denique perscrutantibus, quomodo fiat ut ab ipso anno 1460 in codicibus recentissimis (Vic. a. D) tot interpolationes nobis occurrant, illud certe primum in animum nobis veniet, illa mente eos tali tantum modo a librariis suis suppleri potuisse, ut editionibus prelo subiciendis aptae fierent; neque enim forte fortuna evenit ut prope omnes eum in editionem principem tum in ceteras veterrimas transierint. Quoad scilicet fieri poterat, glossis antiquiorum codicum. imprimisque familiae BLa¹ Vat. librarii utebantur.

Caput alterum.

De ratione codicum extantium et Veronensis quae ex illorum variis lectionibus et titulis cognoscitur.

I. De variis lectionibus.

Omnibus, quae huc usque exposita sunt, satis confirmatum puto Oxoniensem, donec melior codex repertus erit, firmissimum edendi Catulli esse fundamentum. Sed una virtus etiam de libro Sangermanensi praedicanda est neque ea exigua, quod praeter contextum varias quoque lectiones servavit. Ipsa hac de causa primus Schwabius ejus eam qua dignus est rationem habuit, quamquam jam prius alii viri docti illud ejus proprium perspexerant: Silligius⁶⁸), Rossbachius⁶⁹), Woelfflinus, Duebnerus. E quibus Silligius et Rossbachius ad lectiones varias tamen

⁶⁶) l. l. pg. 14.

⁶⁷) l. l. pg. 53: „Das auf culus zurückweisende interpolirte hic vor dentis fand sich schon in V, weshalb es sowohl in G als in D steht; dagegen war in jener Handschrift, von welcher G stammt, os nach dentis übergegangen und fehlt daher in den zur Spitze G gehörigen Handschriften. Die Zwischenstellung von os hebt den Begriff von sesquipedales besonders hervor; wegen hos = os vergl. 62,7, wo hoc = oc = os“.

⁶⁸) annal. Jahn. XIII pg. 262.

⁶⁹) codicum Cat. quos Silligius descripsit collationes, progr. univ. Vratislav. 1859.

animum non ita converterant ut inde fructus lactos perciperent, aliter Woelfflinus et Duebnerus. Nam ne Ellisius quidem qui novissime codicem atque aliquot locis bis perlegit negligentiam eorum usquam objurgavit. De re ipsa quidem viri illi in partes plane diversas discedunt. Misso Silligio qui varias lectiones libri Sangermanensis non a scriba illo quidem codicis antiquissimo, sed manu non minus quam illius antiqua scriptas esse suspicatur, ceterorum virorum sententiae diligentius examinandae sunt, praesertim cum novissimus editor Bachrensius contra Duebnerum et Ellisium in Woelfflini perstiterit sententia, contextum et varias lectiones sive interlineares sive marginales ab una eademque manu quae codicem exaraverit simul scriptas esse censentis. Contra Duebnerus, quem plane Schwabius⁷⁰⁾ et (ut videtur) Ellisius⁷¹⁾ secuti sunt, varias lectiones in quattuor ordines distribuit, quorum primus contineret quas idem scriba eodem ipso tempore exaravisset quo contextum, alter quas idem transcriptione aut tota aut ex parte absoluta addidisset, tertius lectiones atramento pallidiore et calamo acutiore a manu primae aetate omnino aequali scriptas quae tamen fortasse non ab ipsa manu prima profectae essent, cum in litterarum quarundam formis levis discrepantia inter utriusque scripturam appareret, quartus quae postea inlatae esse possent; singulos ordines Schwabius in appendice variarum lectionum numeris 1. 2. 3. 4 litterae G supra adscriptis sejunxit (G¹. G². G³. G⁴).

Jam vero cum Ellisius in hac separatione manuum a Duebnero defensa, a Schwabio accepta acquieverit, Bachrensius argumentis Duebneri perlustratis Woelfflino assentitur. Dicit enim pg. XIII sq.: „Friedr. Duebnerus eo graviter erravit quod varias lectiones alias ab aliis profectas esse statuit, cum si quid aliud hoc certissimum sit, omnes unius ejusdemque esse scribae, scilicet ejusdem qui codicem exaravit. Fefellit Duebnerum, quod aliae variae lectiones minutioribus litteris, grandioribus aliae scriptae sunt, quod suam habet explicationem inde quod inter lineas (et ibi potissimum deprehenduntur litterae minutiores) minus suppetebat spatii, cum contra in margine (ubi semper habes litteras grandiores) spatii angustiae non premerent librarium. praeterea illius ad variis lectionibus praemissi ubique eadem est forma.“ Qua explicatione tamen nec quare unus ille librarius duobus et atramentis et calamis usus sit probatur nec, etiamsi inter lineas eum propter spatii angustias minutiores litteras adhibuisse concedo, satis demonstratur quare idem eodem ipso temporis momento ad marginem grandiores litteras quam inter lineas scripserit. Si idem fuit qui et codicem exaravit et omnes varias lectiones addidit, tempore fortasse non ita multo posteriore has supplevit; nisi forte discrepantia, quam in litterarum quarundam formis Duebnerus dicit apparere, non magis ad grandiores aut minutiores earum figuram pertinet, quam ad manuum ductus a priore scriba ita diversos ut alterum scribam prodant. Proinde haec ipsa quaestio num unus scriba et codicem et varias lectiones scripserit hodie quoque in suspenso est.

Etiam alteram illam quaestionem unde eae in codicem omnium qui extant antiquissimum receptae sint absolvere nostris demum diebus praeter alios viros doctos Bachrensius et Pleitnerus conati sunt; qui tamen ut de omni codicum nostrorum iudicatione longius quam ab alio quo Catulli critico distant ita de hac quoque re inter se maxime dissentiant. Ego etiamsi ad sententiam

⁷⁰⁾ praef. pg. IX. sq.

⁷¹⁾ prol. pg. XXXV.

Pleitneri accedere nequeo, tamen ex altera parte ne in verba quidem Baehrensii jurarim, sed Rossbergium⁷²⁾ de hujus viri sententia recte judicasse et Baehrensii studiis illam quaestionem nondum satis explicatam esse censeo. Sed quamquam ita res se habet, tamen is ad hanc quoque rem saltem aliqua ex parte illustrandam codicem Oxoniensem non injuria in auxilium vocavit⁷³⁾. Duo posuit illarum lectionum genera, quorum prius admodum distinguendum separandumque esset a posteriore. Sed cum ex hac lectionum diversitate colligere voluit⁷⁴⁾ alias sine dubio „tanquam alterius codicis, alias tanquam V ipsius contemplandas esse“, certe nimium collegit; quamquam quod ad carmen 23,2 docet speciem habet probabilitatis. Ex hoc enim versu explicare tentavit variarum lectionum genus alterum ea de causa ad Archetypum et Veronensem ipsum redire, quia libri G scriba errorem ridiculum, qui inest in lectione libri „nec cimex aial neque araneus“, nunquam commisisset, si in V tale quid repperisset: „cimex aī neque nec araneus.“ Quae nostra auxilia sunt plane satis est scire ex libro V ipso lectiones varias transcriptas esse, ad quod affirmandum Schulzius⁷⁵⁾ novum argumentum attulit: Pastrengicum qui ad Veronam vitam peregrisset bis verba Catulli propria laudare ex codice Veronensi tum solo noto pg. 18^b: „Catullus, Veronensis poëta, Ciceronis coëtanus, librum vario metrorum genere exaratum, multa jocosa et placita continentem scolasticis legendum tradidit.“ Quae ad eundem fontem redire quo glossa marginalis ad c. 2 in codice Oxoniensi: „completo prohemio opus suum inchoat, quod vario metrorum genere prosequitur; materia tamen fere omnis est comica ut inferius demonstratur“ et superscriptio ejusdem libri: Catullus Veronensis poëta.

Itaque cum in Veronensi lectiones variae fuerint, restat ut quaeramus num scriba Sangermanensis eas omnes receperit. Baehrensius et huic quaestioni et alteri quam una exponam respondit⁷⁶⁾: ex paucis illis quas O daret lectionibus variis duas res cognosci, primum G non omnes quas V habuisset varias lectiones exhibere, deinde G nonnunquam rejecta lectione a V in textu exhibita tacite sumpsisse scripturam superscriptam sive marginalem. neque in his se continuisse hominis negligentiam et saepius lectionem superscriptam in textum, in textu inventam superscripsisse. Sed alia quaestio et difficilior est, num lectiones quas G praebet varias omnes vere sive ex Veronensi sive ex alio quodam codice repetitae sint. Non videntur; nam nonnullae lectiones eae sunt ut intellegi non possint nisi scriba codicis G ipse ex suo ingenio eas illa de causa superscripsisse putetur quia prius se contextum litterarum et verborum libri V non recte legisse postea censebat. Ad similem hujus rei explicationem Pleitnerus⁷⁷⁾ pervenit, a quo tamen in ea re dissentio quod ejusmodi emendationes primum in G a nobis deprehendi censeo.

72) l. l. pg. 170.

73) l. l. pg. XXXVII.

74) l. l. pg. XXXVIII.

75) l. l. pg. 57.

76) l. l. pg. XXXVIII sq.

77) l. l. pg. 12: „Die letzteren der angeführten Varianten (64,36 micenis alacrisea G, dagegen genauer im ersten Worte D micenis alocrisea. — 63,66 floridus circulus D, floridis circulis G u. s. w.) sind derartige, daß man sie nur als verschiedene Auffassungen der im Archetypus vorfindlichen Lesart, und somit je eine davon als nachbessernde Ueberschrift in der Copie des Archetypus erklärlich finden kann“. pg. 13: „Diese Varianten gingen in den Codex Veronensis über, und scheint die Abschrift derselben, von welcher G stammt, die im Contexte befindlichen, jene aber, von welcher D abgeleitet ist, die

In illis igitur variis lectionibus (omnes composuit Baehrensus prol. pag. XXXIII sqq.) quas scriba Sangermanensis ex suo ingenio addidit has numero: 7,9. 14,17. 28,14. 31,5. 64,232. Primum enim voces singulas legens librarius aut litteram earum aliquam perperam legerat aut compendium aliquod perperam resolverat, quo cognito id quod rectum erat transcribebat.

Itaque postquam quidquid de origine et de ratione lectionum variarum certum haberi potest expositum est, restat ut illustretur quomodo cum ceteri codices Sangermanensi recentiores tum Oxoniensis suas lectiones delegerint. Ad quam quaestionem dijudicandam hanc earum compositionem necessariam arbitratus sum, in qua majusculae *SR* significant utrumque codicem et G et B (nam hic quoque varias lectiones complures habet, cf. pg. 27) easdem varias lectiones habere sed rectam superscriptam sive adscriptam, *TR* eosdem codices in contextu rectam, minusculae *tr*, codicem B unam tantum lectionem habere, G in contextu rectam, *tr* ibidem falsam. Quicumque ceterorum codicum rectam exhibent lectionem, in scriptura quae dicitur, „halb fette Corpus antiqua“, qui falsam in ea quae dicitur, „gew. Corpus antiqua“, illis litteris praescribam.

OGBDLa¹ Vat. *SR*: 62,37 quod. — 64,283 curulis · corulis O curulis ^{at quid} ^{at corollos} B. corollos ⁱ Vat.
ODLa¹ Vat. GB *SR*: 25,3 aracoroso ^{at} araneoso.

DGBOLa¹ Vat. *SR*: 50,13 omnem ^{at} essem.

GBDVat. La¹ O *SR*: 42,3 locum. — 64,324 tutum opus marg. ^{at} tutamen opus.

GBVat. DLa¹ O *SR*: 34,21 sis quocunque tibi placet: recte; scis quacunque tibi placet (D) ^{at} sis quocūq; t. pl.; scis quocunque tibi placet La¹.

GBODLa² Vat. *TR*: 33,4 voratiore ^{at} volantiore (voraciore).

GBOVat. La¹ D *TR*: 28,11 parum. ^{at pari.}

GBDLa¹ Vat. O *tr*: 12,2 ^{at loco} joco · — 23,19 ^{at cujus.} culus.

GBDLa¹ Vat. O *tr*: 14,17 ^x luserit 55,22 ^{at nostri} vestri. — 61,120 lotatio ^{at} locutio (O: locacio). 66,24 nunc. — ^{at hunc.}
66,35 ^{at si.} sed.

GOBDLa¹ Vat. *tr*: 1,8 ^{at mei} libelli. — 7,4 ^{at fretis.} laserpiciferis.

La¹ GOBDVat. *tr*: 64,360 lumina ^{at} flumina.

DGOBLa¹ Vat. *tr*: 1,9 ^{at ludere} luderem (O ex conr.); — 10,26 ^e sarapim (O serapim). 31,5 ^{at credens} crederes. — ^{at tibi.}
64,276 tum.

überschriebenen aufgenommen zu haben (die letztere hält es für Nachbesserungen); denn D und G entstammen offenbar verschiedenen Abschriften des Veronensis, dessen Lesarten D weit getreuer (?) überliefert als G und O“. pg. 97: „Von den paginierten Codices ist J der Codex Archetypus, K dessen Copie, L die vermittelnde Handschrift zwischen K und M; eine solche nehme ich auch an zwischen K und T (Thuaneus), so daß demnach von K zwei Abschriften genommen wurden, L¹ und L², von denen L¹ in Italien verblieb und die Mutterhandschrift von M wurde, L² aber nach Gallien kam. Die Abschrift der Copie L¹ (wovon M) scheint mit mehr Verständniß als die von L² (wovon T) gefertigt worden zu sein. Sie nahm die Varianten von K auf, überging jedoch gegenüber den leicht erkennbaren Ueberschriften die ursprünglichen augenfälligen Verderbnisse, welche L² aufnahm“.

- DGOBLa¹ Vat.** *tr*: 16,7 tamen. — 53,3 crimina.
 al tum al carmina.
- OVat. GBDLa¹ *tf***: 55,4 id circo. — 64,232 obliſ = eret.
 al in al obliteret.
- GDBLa¹ OVat.** *tr*: 28,14 vobis (v. ex corr.).
 al nobis.
- GOBD La¹ Vat.** *tr*: 12,4 salsum; O: falsum al salsum. — 54,5 seniore cocto (seni recocto).
 al falsum p
- GDBLa¹ OVat.** *tf*: 66,57 legerat al legarat.
- GDO Vat. BLa¹ *tr***: 61,170 uritur, margo al urimur.
 al quonam al collocat.
- GDO BLa¹ Vat.** *tf*: 10,8 quoniam. — 66,56 advolat (avolat in versu qui praecedit inest).
 al muneri.
- OVat. La¹ GBD *tf***: 12,15 numeri.
- Omnes codices *tr*: 37,17 une. — 55,16 crede. — 63,19 cedat. — 64,123 in memori. — 307 his. —
 al uno al crude al cedit al nemori al hic
 al quia al matre.
 66,55 isque. — 64,23 mater.
- Omnes codices *tf*: 61,225 bolnei al bonei (O: bonlei). — 63,81 a cede. — 64,219 quem. —
 al age cede (caede) al cui
 al at al tum.
 66,21 et (at D a). — 15,13 prudenter al pudenter (prudenter a). — 15,7 tamē.

Atque ut prius de libro O agam, Baehrensio⁷⁸⁾ assentior scribam ejus verbo tenus contextum Veronensis quem exscribat secutum esse. Ubi igitur varias lectiones adscripsit, ibi eundem locum tenent quem in V tenebant; omisso consilio eas recipiendi solum contextum transtulit nec lectiones aut interlineares aut marginales respexit. Ad quam sententiam magis confirmandam Bononiensi utor codice. Is enim liber etiam decem locis quibus eandem Sangermanensis, non Oxoniensis, lectiones varias habet. Hi sunt: 28,11. 33,4. 34,21. 40,8. 42,3. 50,13. 62,37. 64,283. 285. 324. Uterque codex rectam lectionem uno loco (33,4) in textu exhibet, ceteris falsam, excepto carminis 40¹ versu octavo, ubi in G poëma al pēna, in B pēna al poëma legitur. Proinde ego equidem, praesertim cum O in textu „pēna“ exhibeat, quae lectio recta est, scribam codicis Sangermanensis ut hic ita saepius lectiones trajecisse arbitror.

Quomodo igitur scribae ceterorum qui extant codicum e variis illis lectionibus suas delegerunt? Quicumque compositionem earum quam modo proposui inspexerit delectumque perponderaverit, vix puto eum dubitaturum esse quin verum sit quod breviter dixit Schwabius⁷⁹⁾: „Ceteri autem qui illius exemplaria nova deduxerunt fere ubique non utramque sed alteram

⁷⁸⁾ l. l. pg. XXXIX: 12,4 O: falsum al salsum. G salsum. „varia lectio quamquam . . . ex Archetypo in V est transcripta, tamen quomodo G scripturae varietatem reddiderit egregie docet, nimirum loco illo G variam lectionem in textu, lectionem in textu exhibitam tamquam variam lectionem affert. Si igitur O modo eas lectiones quas G in textu, modo quas hic superscriptas habet exhibere videmus, numquid dubitabimus, hanc inconstantiam non O sed G tribuere quippe qui interdum scripturae varietatem in textu posuerit, lectiones autem tanquam scripturae varietatem superscripserit?“

⁷⁹⁾ l. l. pg. XXII.

utram mutuati sint, modo genuinam lectionem modo superscriptam glossam⁸⁰⁾, et Baehrensii⁸¹⁾ codices ζ sine ullo consilio modo hanc modo illam lectionem sequi. Sed etiamsi ita se res habet, conclusio Baehrensii⁸¹⁾ omnes libros (aut uno Datano excepto) non pro se quemque ex G, sed ex uno eodemque ejus apographo esse profectos, a quo alia recte, perperam alia correctae fuissent, ad codices illos quidem quos saepius nominatim attuli BLa¹ Vat. quodammodo claudicat. Praeterea e reliquis quoque unus non omnino praetermittendus est, codex Lachmanni Santenianus quem tamen et Schwabius⁸²⁾ et Baehrensii⁸³⁾ qui respiceretur dignum judicaverunt. Ad illud igitur quod hic vir doctus de Santeniano monuit investigandum aggredior; anquiritur enim quomodo glossae a vulgari lectione discedentes quae in codicibus compluribus reperiuntur in eos pervenerint. Suntne merae interpolationes an non? Meam sententiam verbis Baehrensii adiciam. Dicit is⁸³⁾: „Libri Santeniani corrector maxime in margine aliquot scripturas adnotavit, quarum mirus est cum O consensus: unum adferam exemplum. 64,139 G et ζ omnes habent: „At non haec quondam nobis promissa dedisti Voce“, in quibus cum illud voce tam nude positum mirum quantum langueat, conjectura immutabant docti nonnulli. Sed enim mero errore illud nobis in G indeque in ζ exaratum est; nam id quod O habet quondam blanda aperta veritate genuinum est, ipsum autem illud blanda Santenianus in margine adscriptum exhibet. dementis esset statuere, Santeniani post medium saec. XV scripti librarium correctoremve ipsum inspexisse Veronensem vetustum, quippe cujus post a. 1375 nec vola usquam nec vestigium apparuerit. unde correctorem istum O ipsum ante oculos habuisse indeque varias quasdam lectiones sive in margine adnotasse sive in textu restituisse consectorium est; quamquam alia ab eodem restituta ipsius tribuenda esse ingenio verum est.“ (Similem intercedere rationem inter D et B La¹ Vat. supra cognovimus, ergo L propter has lectiones marginales pluris aestimandus est quam Datanus). Sunt enim in Sangermanensi quoque complures variae lectiones quae omnino non ad corruptam Veronensis et Archetypici scripturam redeunt, sed sine dubio glossae nominandae sunt. Nec vero magni refert scire utrum qui Veronensem exaravit ipse eas excogitaverit an ex alio codice repetierit. Hae sunt:

al. sanamque

2,6 negatam al. ligatam G; negatam O Vat., ligatam B La¹ a D. — 9,4 suamque G; sanamque O B La¹ Vat., suamque a D. — 39,4 pii marg. al. impii G; impii O, pii B La¹ Vat. — 50,13

al. troya

omnem al. essem G B; essem O La¹ Vat. a., omnem D. — 65,7 Lydia G, Troja O ζ . — 66,56

al. collocat

advolat G; collocat O D, advolat B La¹ Vat.

Ut ab ultimo loco incipiam, erratum quocunque modo cohaeret cum praecedenti versu in quo avolat inest. **O** rectam lectionem habet, cum libri B La¹ Vat. hoc loco aperte ex G dependeant. Quare cum duo tam diversa genera lectionum variarum extent, ea quoque sejungenda sunt. Sed illud quoque memorabile est, quod per omnes libros quos praeter G O accuratius

⁸⁰⁾ l. l. pg. XXXVII.

⁸¹⁾ l. l. pg. XXVI.

⁸²⁾ l. l. pg. XXII.

⁸³⁾ l. l. pg. XXVII.

tractavi studium quoddam librariorum emendandi facile perspicitur. Saepius in D demum emendata eademque recta lectio legitur, ut:

64,3 Fascidicos al. Phasidos G La¹ Fascidicos O, Phasydos Vat. Phasidos D. — 65,3 dulcissimus harum G O La¹ Vat., dulcis Musarum D. Aliis locis ea lectio invenitur, quae scribae ad sententiam accommodatior videbatur, interdum paullum correctae: 9,4 uno animo suamque matrem al sanamque; uno animo sanamque O B La¹ Vat., unanimos suamque D a. — 61,87 uultu al. uult G; velut (recte) O h, vultu cett.

Aliis locis aperta scribarum opera facile cognoscitur, quam usque ad eum qui D exaravit navabant, ut, nisi certam emendationem, tamen e corrupta lectione vocem aut lectionem latine sonantem efficerent:

21,6 experibus al. — bis (experiris recte) G; experibus O La¹ Vat. a., experibus B D. — 64,28 neptine al. nectine G; neptine B La¹ Vat., nectine O A C L; neptunne D a. m. pr. neptunnine corr. D. — 65,54 elocridicos O G B, eloctidicos Vat. La¹, claridos a c., daridos D. — 77,10 (recte: fama loquetur anus: Calpurnius ed. 1481) famuloque tanus [h. e: fama (u = a) loquet' anus] O La¹ Vat., famulo que tanus B, famuloque tenus G, famulosque tenus D. — 68^b59 (recte sepultum vulgo). sepulcrum Vat. marg. al sepultum. sepulchrum D a c.

Proinde hujus studii causa codices initio saeculi XV scripti, etiamsi interdum lectionem propriam illisque similem praebent quae paullo ante in G cognitae sunt hoc loco in G nec margini additae nec inter lineas positae, non illam habent auctoritatem quae propter singulares virtutes tribuenda est Oxoniensi, velut si 64,139 etiamsi solus servavit blanda. Sed interpolationes emendationes illae demum ab altero saeculi XV dimidio iudicandae sunt, ex quo tempore ad aures virorum doctorum nuntius artis modo inventae libros typis exscribendi perveniebat iique integris manuscriptis non exstructi ex suis ingeniis editiones quam maxime suppletas curare incipiebant; prioris saeculi dimidii correcturas conata tantum virorum minus doctorum poetarum emendandi existimo esse ut ipsi eum intellegerent. Ita igitur hos locos iudicari volo:

64,204 invito plerique, invicto B, in voto D. — 64,106 cortice O G, corpore Vat., corpore B D. — 64,369 subcumbens A Vat., subcumbens G, percumbens a, procurrens D. — 68^b36 pacificasset B G La¹ Vat., conciliasset D a marg. Vic. — 68^b62 deos D a, focos cett. — 83,6 invita D, irata cett. — 67,29 narras plerique, narrem D, nostram a. — 2,5 desiderio meo plerique, — mei D. — 12,14 sethaha G La¹. saetata O, sectaba a, thessala D. — 55,7 prehendi plerique, prendi (recte) O, perdididi D. — 64,11 imbuit plerique, rudiit D. — 104,2 nobis D, mihi cett. — 112,1 homo G O, homoque La¹ Vat., homo sed B a. m. sec. D, homo est: **h a d.** — 36,12 adalium al. ydalium G, adalium O, id alium B La¹ D. 36,12 utriusque al. uriosque G, uriosque B La¹ O, utriusque D, virosque Vat. — 44,8 mens vertur G O La¹, mens vetur Vat., mens veretur a h, mens virtus D. — 65,14 Bavilla O, Baviilas Vat., Baiulas G, Davilas B La¹, Daumas a, Daunias D (Bavlas, Davlas = Daulias). — 64,36 nicenis O G, micenis D, nitenis B La¹, nitens Vat. — 65,16 acciade G, actiade O, bactiade B La¹, battiade (recte: Battiadae) Vat., ab acciade a, ab attiade D (carmina Battiadae). — 64,183 lentos O h marg. L., ventos B L La¹ Vat. a, unctos D. — 66,79 iunxit G Vat. vinxit O B La¹, vixit H La², vicit D.

II. De titulis carminum.

Alteram quoque hujus capituli partem, quae ad titulos pertinet, viri illi fere omnes qui in studio Catulli manuscriptorum sunt versati explicare studuerunt.

Lachmannus igitur quamquam ipse titulos non respexit tamen editione Catulli rem ipsam in controversiam adduxit. Carmina enim codicum nostrorum 87. 75 inde a Scaligero unius partes esse critici praestantiores omnes opinati sunt. Sin etiamtum Silligius neminem unquam quomodo carmen unum in duo diremptum et pars altera a priore intervallo ita longo sejuncta esset satis demonstraturum putavit, de hac ipsa diremptione Lachmannus exponere conatus est quot versus singulae codicis Veronensis paginae habuerint; suspicatus est tricenos.

At re incepta viri praeter Hauptium⁸⁴⁾ docti omnes opinionem Lachmanni non secuti sunt, sed apud plerosque imprimis de titulis praetermissis is offendit. Illorum qui primi descriptionem paginarum Lachmanni ut falsam refellere conati sunt sententias Ellisius pagg. XXII et XXIII commemorat. Aliam ac Lachmannum sententiam Bergkium protulisse quam Boehmius et Westphalius amplexi essent, sed utrumque ex alia parte mutatam. Omnes enim carminum 74 — 88 illum facere ordinem: 74. 80 — 87. 75 — 79. 88, ut paginae, ubi scripti fuissent cc. 80 — 87, errore quodam transpositae essent. Utrumque titulos addidisse, etiam ubi jam non reperirentur, quo totus versusum numerus ex 98 fieret 110. Sed Bergkium incertum relinquere paginae vicenos senos an vicenos septenos versus habuissent, cum tituli in imis paginis facile potuissent excidere. Westphalium titulos ibi nusquam numerare. — Sed, id quod idem est, Westphalium spatia carminum numerat; nam dicit pg. 21, titulos in codicibus melioribus non interpolatis non inveniri; in antiquissimo Sangermanensi tantum carminibus I^o et LXVIII^o eos praescriptos esse, et ut maxime quisque codex esset interpolatus ita frequentissimos ejus esse titulos. Attamen illud ex plerisque manuscriptis colligi posse, antiquissimum illum quidem codicem nec titulos et inter carmina singulorum versusum spatia habuisse exceptis carminibus 2,3. — 43,44. — 54^b,55. — 55,66.

At Ellisio⁸⁵⁾ ita nec ostenditur quomodo 84,3.4: „Et tum mirifice quantum poterat“ ex loco suo moti „nunc post 84,10 stent in codicibus“, nec quomodo versus: „Sed nunc id doleo . . . fama loquetur anus“ in locum alienum post 78,6 inlati sint, nec quomodo 95,4 exciderit; et ut tituli in ima pagina casu nonnunquam omissi sint, consulto eos ibi semper praetermissos esse credere non potest. Is igitur Froehnero assensus est existimanti versus tricenos binos in singulis Archetypi paginis fuisse eosque scriptos in duabus columnis versusum senum denum versibusque titulos adnumerandos esse. Proinde illam quam Schwabius habet de titulis sententiam⁸⁶⁾ (scribam Veronensis carmina inter se in Archetypo arte cohaerentia interstitiis quantum potuisset separasse et titulos ut fuisset captus ejus praeposuisse. In libro V autem eosdem fuisse quos in libris sinceris hodie nos haberemus titulos, ex eorundem in libris sinceris similitudine atque aequabili-

⁸⁴⁾ opusc. vol. I. pg. 27.

⁸⁵⁾ pg. XXIV.

⁸⁶⁾ pg. XIX.

tate certo colligendum esse) ut sequatur tantum abest ut demonstrare studeat atque elaboret (pg. XXXIII) sermonem eos prae se ferre non impurum nec illiteratum, sed qualis soleat esse scholiastarum. Contra Schwabium secutus est L. Muellerus. Is enim postquam de descriptione paginarum Lachmanniana disseruit, ita pergit (pg. VII sq.): „Neque vero quicumque valet quod fuit qui miraretur Lachmannum nullum titulis carminum in versuum computatione reliquisse locum: nam potuere additi esse illi margini, ut saepe in vetustis libris factum, nisi potius Schwabio ducerem accedendum qui eos a librario demum codicis Veronensis putat adjectos. Sunt autem, ut obiter hoc moneam, inscriptiones istae plane tales quales nuper in praef. Hor. pg. 10 descripsi, hoc est ex primis potissimum carminum versiculis ineptissime conflatae, cujus rei exempla videre est apud Schwabium pg. XX.“

Etiam Baehrensius et Pleitnerus de titulis disceptarunt. Hic ea est sententia ut existimet⁸⁷⁾, titulos, nisi jam margini codicis N (Veronam reportati) additi sint, in O demum atque in hoc codice tantum primis triginta quinque carminibus vel adscriptos vel praescriptos esse; nam inde a carmine XXXVI in libro D et inscriptiones miniatas, quas prima manus pinxisset, et numeros carminum singulorum ab eadem adscriptos desinere. Ergo ad hanc quoque rem iudicandam codice suo Datano usus est. Aliter Baehrensius, qui⁸⁸⁾ titulos postquam scriptus esset liber V eo inlato esse suspicatur; eosque prius in V defuisse ea re demonstrare vult quod O eos non habet, cujus libri scriptor illa de causa eos non adscripsisse suspicatur, quia primam tantum Veronensis manum reddere voluisset, a quo proinde tituli profecti esse non possent. Quae res admodum eum fefellit. Huic quaestioni collatio codicis Oxoniensis, quam Schulzius instituit, quam plurimum profuit. Ille enim qui codicem transcripsit summam operam atque curam in fidam Veronensis exarationem contulit. Ea de causa pro magnis litteris initialibus quas postea in initiis carminum vario colore pingere volebat, minusculas, ea de causa ubi versus aut exciderat aut falso loco contextui insertus erat, signum + margini apposuit ut postea suo loco eum adscriberet: hujus primi consilii aut oblitus aut — id quod verisimilius est — perficiendi nullam nactus est opportunitatem; perfecit ad 2,1. 68,1. 69,1. Ea igitur ipsa de causa et praeterea ne titulos postea scribere neglegeret, praeter litteras minusculas, ut primos carminum versus facilius cognosceret, non raro ubi carmina incipiebant signum ||, plerumque colore rubro, ad carmen 31 variis coloribus pictum margini addidit. Quae igitur ratio intercedit inter signa Oxoniensis et titulos Germanensis? Quaecum quaestione simul altera illa conectenda est, quibus locis ambo codices intervalla communia exhibeant, omnibus necne. Cum revera illa ratio plane certa sit, eodem modo quo in codicibus O et G etiam in V aut sejuncta aut conjuncta carmina scripta fuisse censeo. Intervallum ex communi illorum consensu in Veronensi fuit inter carmina 1,2. 3,4. 4,5. 6,7. 7,8. 8,9. 12,13. 13,14. 17,21. 48, 49, 50, 51, 52. 55,56. 60,61. (O intervallum quinque versuum habet). 61,62. 63,64. 67,68^a. 68^b,69. 71,72. 76,77. 79,80. 88,89; — cohaeserunt haec: 2^a, 2^b, 3. — 9, 10, 11. — 15, 16, 17. 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48. — 52, 53, 54, 55. — 56, 57, 58, 59, 60. — 65, 66, 67. — 68^a, 68^b. — 69, 70, 71. — 72, 73, 74, 75, 76. — 77, 78, 79. — 80, 81, 82, 83,

⁸⁷⁾ l. l. pg. 97.

⁸⁸⁾ l. l. pg. XXXII.

84, 85, 86, 87, 88. — 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, 101, 102, 103, 104, 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 114, 115, 116.

Intervallum unius versus V habuit quoque inter carmina 11,12; nam in eo sine dubitatione duo ultimi versus carminis undecimi in unum conscripti erant sicut in O sunt. Baehrensium varias lectiones ad v. ejusdem 23^{um} ita adnotavit: „postquam Tactus aratro est“: O unico versu. in G post „postquam“ rasura est, || v. 24 om. O. — „Tactus aratro est. Asinium“ G ita ut „actus aratro est“ a. corr. sit. habuerat igitur G primitus verba „Tactus aratro est“ ut O in fine v. 23 et in interstitio inscripserat: „Ad Asinium.“

Itaque cum contra hanc eximiam amborum codicum aequabilitatem bis bina carmina in Sangermanensi disjuncta inveniantur (5,6. — 62,63), quae in Oxoniensi cohaerent, manifestum est scribam illius ex suo ingenio ea disjunctisse. Intervalla enim praecipue inter prima viginti carmina relicta sunt et fere illic relicta videntur, ubi si non metra, attamen personae mutantur. Fortasse librarius Archetypi his ipsis de causis carmina omnia sejungere statuerat nec vero ad finem sibi propositum pervenire potuit. Iisdem causis ac rationibus permotus illa quae commemoravi carmina quattuor scriba quoque Sangermanensis separavit.

Qua re quoad fieri potest explanata ad quaestionem redeo quae est de titulis. Qui mea quidem sententia in spatiis Veronensis non scripti, sed, si omnino infuerunt, margini additi fuerunt; in spatiis primus scriptor Sangermanensis posuit. Ad quam sententiam inscriptione carminis illius perductus sum, quam Baehrensium⁸⁹⁾ in suum auxilium vocavit ut probaret librarium codicis O ea de causa titulos margini non apposuisse quod primam tantum Veronensis manum reddere voluisset. Docet enim illam sententiam eo corroborari quod, cum Thuanæus codex (T. cf. infra pg. 35) carmini 62 hunc praefigeret titulum „Epithalamium“, O, qui hoc unico loco tale aliquid exhiberet, in interstitio inter cc. 61 et 62 facto hoc haberet: „Explicit epithalamium“, quod si olim in V vel in communi hujus et Thuanæi Archetypo ita fuisset scriptum: „Explicit. Epithalamium“ optime cum Thuanæi inscriptione congrueret; contra cum G inscriberet „hexametrum carmen nuptiale“ grammatici alicujus ingeniolum agnoscendum esse. Nimirum ingeniolum grammatici alicujus agnosco, sed quod in alia quam Baehrensium voluit re perspicitur. Primum in O „epithalamium“ non ad carmen 62 referendum est; non enim plus hic vocabula „explicit epithalamium“ sejungi possunt quam in subscriptione Sangermanensis: „Explicit Catulli Veronensis libellus.“ Sed in ea re ingeniolum grammatici cognoscitur quod, quem titulum liber O carmini postpositum habet cujusque aptam partem librarius Thuanæi suo carmini praescripsit, eum ille qui librum G exaravit carmini 61 praefixit. Sin vero nimis dubium videtur num inter carmina 60 et 61 inscriptio illi similis defuerit, quoniam in O post carmen 60^{um} spatium quinque linearum scilicet in fine paginae relictum sit, ergo scriba codicis fortasse postea titulum inserere voluerit, illud saltem, eum qui Sangermanensem exaravit verba pristini tituli immutasse et amplificasse, negari non potest; nam in T legitur: „Epithalamium“, in O carmen 61 subsequitur: „Explicit epithalamium“, in G ei praescriptum est: „Epithalamius Junii et Mallii.“ Proinde e subscriptione carminis scriptor Sangermanensis titulum suum repetiit, cum ad versum primum

⁸⁹⁾ l. l. pg. XXXIII.

margini non adscriptus esset; neque enim librarius Oxoniensis usus est siglo ||; contra ille inter carmina 61 et 62, in quo quidem spatio „epithalamium“ legendum est, sed ad prius carmen referendum erat, titulum scripsit illum, quem in Veronensi juxta primum carminis 62 versum invenit; nam hoc ipso loco in O notum illud siglum || deprehenditur.

Ut jam propius ad titulorum Sangermanensis et siglorum Oxoniensis rationem accedam, primo loco mihi quidem certum ac manifestum est titulos carminum quae c. 64 sequuntur patri codicum illorum, Veronensi, prope omnes defuisse. Sangermanensis enim eos illis tantum locis exhibet quibus interstitia Veronensi supra statui (inter 64, 65. — 67, 68. — 68^b, 69. — 71, 72. — 76, 77. — 79, 80. — 88, 89.). Ad duo praeterea carmina adscripti inveniuntur, ad 100 et 101. Ad quae omnia carmina etiam in Veronensi additos eos fuisse ut credam eo perducor quod in hac quoque carminum parte semel titulus falso marginis loco reperitur, quattuor versibus ante initium carminis ad quod pertinet, juxta versum primum carminis 92; quem, si quis librarius ex suo ingenio affinxisset, certe suo loco adscripsisset. Sed maximo documento, secundae carminum parti in Veronensi inscriptiones saepe defuisse, illud est quod scriptor Sangermanensis ad carmina 67 et 105 signo tantum usus est α, quo lector admoneatur ut a versibus, quibus additum est, novum carmen legere incipiat. — In Oxoniensi inde a carmine 65^a signum notum jam ne semel quidem reperitur.

Atque etiam si priorem carminum partem, i. e. carmina prima sexaginta quattuor perlustramus, nequaquam omnia, quae quidem in Veronensi interstitiis a praecedentibus separata fuerunt, in O siglum illud juxta primum versum suum exhibent, sed ex duodeviginti haec tantum septem: 21. 49. 50. 51. 52. 56. 64. Ad singula reliquorum carminum parvorum, quae in V spatio versus unius a praecedentibus sejuncta fuerunt, ex primis eorum versibus titulos effingere librario, qualis fuit Sangermanensis, non plane inerudito non difficile esse poterat. Ex contrario homo idem non satis doctus erat, ut ex suo ipsius intellectu solo initia ceterorum carminum reperiret, ubi arte cohaerebant; quare titulos illic tantum iis adscripsit, ubi scriba Oxoniensis signum suum adhibuit, ut jam non anquireret num hoc ipso loco tituli recte adjecti essent; inde vero certo colligendum est his ipsis locis omnibus Veronensem quoque titulos habuisse. Proinde quia ad haec carmina, quibus intervalla desunt, nec O signa neque G titulos exhibet, ne V quidem exhibuit: 10. 16. 24. 33. 39. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 53. 54. 55. 57. 58. 60.; contra ad haec habet O signa, G titulos, intervallis non relictis: 11. 22. 23. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 34. 35. 37. 40. 59., quae carmina omnia hoc modo recte se junguntur; sed invenitur quoque in hoc codice titulus in illo siglum proximi carminis alicui ultimum versus carminis praecedentis appositum (53,5. 54,6); immo vero juxta versum septimum decimum carminis 37 ut in O siglum ita in G titulus „Ad Egnatium“ deprehenditur, qui demum carminis undequadragesimi est; ad quem locum eo pervenisse videtur, quod versus incipit a pronomine „tu“, ad quod „Egnati“ versus 19ⁱ ejusdem carminis spectat. Horum carminum (54. 55. 39) initia ergo jam in Veronensi perperam significata erant.

Quodsi is, qui librum O exaravit, semel signo suo non usus est, cum in G titulus margini appositus sit, id non mirum est; nam et titulus et primus carminis, sc. 36ⁱ, versus jam in Veronensi nimis corrupti fuerunt. Magis mirum est quod, cum O ad versus carminum 17 et 38 primos et

ad versum undecimum carminis 2ⁱ signa exhibeat, in G tituli praetermissi sunt. Illud quoque proprium Sangermanensis supra cognovimus, quod duobus locis primus intervalla habet, inter carmina 5,6 et 62,63. Ad quorum alterum quodque titulum in Veronensi margini adscriptum fuisse liber O docet; quare scriptor Sangermanensis ex consuetudine sua inde eos in interstitiis posuit.

Proinde his quoque duabus quaestionibus in libro G ingeniolum grammatici cognoscimus, qui modo corrigere atque emendare volebat modo negligens erat; attamen illud ex iis consequitur, codices O et G, ubi aut interstitiis relictis aut titulis vel signis margini additis congruunt, ibi eorum librarios aut haec aut illos (id quod mihi videtur) in Veronensi repperisse; elucet igitur in hoc codice ex interstitiis inscriptionibusque quae codices s exhibent longe plurima nondum infuisse; elucet illud denique admodum esse verisimile eum qui Sangermanensem exaraverit alios titulos immutasse alios ipsum effinxisse.

Caput tertium.

Virorum doctorum conjecturae quae ad historiam scripturam circuitum codicum quam O et G vetustiorum pertinent recensentur.

Ex omnibus quae huc usque exposita atque explanata sunt colligi necesse est omnes libros nostros ab uno illo codice profectos esse qui quamquam anno 1375 Veronae extans non ita multo post illum annum amissus est. Ex quo ipso duos codicum extantium originem ducere Schwabius⁹⁰⁾ opinatus est, Baehrensius sagaciter demonstravit, exemplaria O et G, quorum exarationem hic illo ipso anno factam esse arbitratus est, ego equidem Oxoniensem fortasse adeo anno 1374 scriptum esse conicio. Idem illud manuscriptum initio saeculi XIVⁱ e Gallia Veronam reportatum erat ab homine litterarum non ignaro cui Franciae nomen videtur fuisse. Illuc autem Ratherius, cum anno 968 in exilium iret, secum abstulerat. Scilicet quomodo episcopus ille codicem sibi comparaverit de ea re inter viros doctos dissensio magna est. Hauptius⁹¹⁾ utrum ille eum Veronae invenerit an eo alicunde Italiae pervenerit in medio relinquit. Baehrensius⁹²⁾ in ipsa ecclesiae cathedralis Veronensis bibliotheca celeberrima ab illo eum repertum esse suspicatur; ego assentior Pleitnero⁹³⁾ qui statuit maxime esse probabile Ratherium emisse manuscriptum; neque enim verisimile est eum codicem poëtae unicum potuisse Verona in Galliam secum auferre nisi jure emptionis eum possidebat. Quae res utcumque se habet, Veronensis

⁹⁰⁾ l. l. pg. XVI.

⁹¹⁾ opusc. pg. 60.

⁹²⁾ l. l. pg. V.

⁹³⁾ Stud. S. 94.

omnium codicum nostrorum unicus fons est, et cum in exemplari O apographum ejus quam accuratissime curatum ad nos pervenerit, laborem non omnino inutilem susceperunt qui viri ex hoc proprietates illius explorare studuerunt; quoque magis ii inter se consentiunt, eo verisimiliora sunt quae reppererunt. Prae ceteris autem rebus investigandum esse putaverunt prius quibus litteris scriptus fuisset Veronensis, deinde quo saeculo. Corruptelis igitur erratisque perponderatis aut exeunte nono aut ineunte decimo saeculo litteris minusculis eum esse exaratum Schwabius⁹⁴⁾ et Baehrensius⁹⁵⁾ existimaverunt, quos ceteri qui Catulli studio se dederunt secuti sunt, ego ipse postquam argumenta eorum accuratius examinavi adjuvare studui. Praeterea Baehrensium opinioni accessit quam jam Scaligerus habuit, scribam libri V litteris longobardicis usum esse, eidemque quae convenirent non deesse Ellisius quoque⁹⁶⁾ non modo concessit sed etiam congressit. Sed proprietates scripturae diligentius perscrutatus cognovit quoque quae scripturae longobardicae non congruerent. Sunt praecipue litterae saepissime confusae: t, a; a, e; a, u; a, it; t, p; p, r; p, n; quae omnia suo jure scripturae merovingicae assignat. Et revera nonne probabilius est, exeunte nono saeculo Veronensem scriptura tum in Gallia usitata, litteris carolingicis, scriptum esse? quibus fortasse singulae merovingicae immixtae erant; nam merovingicae scripturae antiquissima longobardica⁹⁷⁾ simillima erat. Haec sunt quae de Veronensi cum specie quadam probabilitatis coniciuntur.

At judices nostri litterati longius progressi sunt. Schwabius Ellisius Baehrensium jam qualis fuerit Archetypus Veronensis illustrare simulque demonstrare studuerunt, non modo patrem ejus, sed etiam avum cognosci posse; hunc autem esse Archetypum. Jure nisi sunt ii omnes codice Thuaeano, nunc inter Parisinos 8071, qui exhibet integrum carmen 62 Catullianum. Hauptius, qui cum quaestiones et observationes Catullianas scriberet codices duos optimos nostros nondum cognoverat, tamen hujus libri virtutes divinavit⁹⁸⁾, propter mirabilem cum bonis manuscriptis consensionem professus qui respiceretur eum dignissimum esse. Accuratius de eodem codice egerunt Schwabius⁹⁹⁾ et Baehrensium¹⁰⁰⁾, quorum sententiae paucis verbis relatae haec sunt: Codicem Thuaeanum proxime cognatum esse Vindobonensi 277, olim Sanazariano, saeculi IX, qui tamen Catulli carmen non exhiberet; illos duos libros ex manuscripto quodam Gallico florilegium variorum carminum continenti descriptum esse, quod saeculo fere octavo minusculis in Gallia compositum videretur. Verum enim vero non ex Archetypo ipso carmen Thuaeanum fluxisse Ellisius¹⁰¹⁾ quoque opinatur. Ut ad Veronensem revertamur, hunc quoque, id quod ex compluribus ejus corruptelis appareret, e codice litteris minusculis scripto¹⁰²⁾ originem duxisse,

⁹⁴⁾ l. l. pg. XVI.

⁹⁵⁾ l. l. pg. XXXI.

⁹⁶⁾ praef. pg. IV.

⁹⁷⁾ Wattenbach: Anleitung zur lateinischen Paläographie. S. 10.

⁹⁸⁾ opusc. I, pg. 24.

⁹⁹⁾ praef. pg. I.

¹⁰⁰⁾ prol. pg. XLII sq.

¹⁰¹⁾ l. l. pg. XXXIII.

¹⁰²⁾ cf. Schwab. praef. pg. XVII sq. XXIII sqq.; Baehrens pg. XLII.

qui demum ex Archetypo, cujus scriptura majuscula¹⁰³⁾ fuisset, saeculo fere octavo exaratus esset, illi statuerunt.

Baehrensius adeo e mendis libri V quae Archetypi fuerunt ea deligenda sibi proposuit; namque e nonnullis illorum aperta priscae orthographiae vestigia cognosci posse, quae propria fuisset Archetypi; omnia vero, Thuaenaei et Veronensis Archetypum ex exemplari non emendato quodque in fine antiquitatis grammatici alicujus curas non expertum esset provenisse, prodere. Hunc Archetypum opponit codici cuidam Gallico ex quo varias lectiones et titulos versusque margini appositos in Veronensem adscripta esse¹⁰⁴⁾ suspicatur; eundem ipsum codicem Gallicum sive exeunte antiquitate sive ineunte medio aevo a grammatico quodam passim esse correctum¹⁰⁵⁾. Contra Archetypum nostrorum omnium manuscriptorum et codicem illum Belgicum sive Gallicum ex grammatici cujusdam recensione aevi Frontoniani fluxisse, qui conlatis illis quidem antiquis exemplaribus, summa tamen licentia neglegentiaque in instituenda nova editione versatus esset, et ut captassent grammatici tum archaismos, formas a poeta plane alienas (consonas non geminatas) restituisset. Quas priscae orthographiae formas agnovit, eas composuit pg. XLIV et XLV; alias addiderunt Rossbergius¹⁰⁶⁾ et Schulzius¹⁰⁷⁾.

Schulzius tamen imprimis sententiam, quam Baehrensius de consonis non geminatis protulit et e libro O explicasse sibi visus est, acerrime impugnavit. Omnibus enim vocibus, quarum consonae in O non geminatae sunt, compositis¹⁰⁸⁾ haec conclusit: primum G fere binas consonas exhibere ubi O singulas exhiberet; quare nobis non licere conicere omnibus locis scripturam Veronensis codice O sincere servatam esse. Nam qualicumque codex O esset fide atque auctoritate, in illa tamen re eum infidum esse, vocabulis quae in O falso consonis geminatis scripta sunt compositis satis approbat atque confirmat; revera non sunt vocabula quaedam graecanica, in quibus Baehrensius velut „phasellum“, „pilleatus“ numerat¹⁰⁹⁾, sed vere latina. Tum lectiones corrupte traditas easque non paucas affert¹¹⁰⁾, quae Oxoniensem consonas primo geminatas habuisse docent atque demonstrant. Ergo in codice O ipso vestigia cerni quibus cognosceretur consonas in V in universum nostro modo geminatas fuisse jure contendit¹¹¹⁾. Cui viro in his quoque rebus assentior: primum codicem G in quo innumerabiles fere emendationes quae ad scribendi rationem pertinerent inessent ad orthographiam constituendam parum auctoritatis habere; deinde cum Baehrensius suspicatus esset Thuaenaeum quoque saepius singulas consonas pro geminatis habuisse, velut 62,6 „tera“ quod esset „terra“: ex contrario V nos docere illo loco „contra“ legendum esse; in v. 21 eundem codicem primum habuisse „complexua velere“, sed voci „velere“ alteram I superscriptam et in versu 22 a prima manu lectionem „avellere“

¹⁰³⁾ cf. Schwab. pg. XXVIII, Baehrens pg. XLIV.

¹⁰⁴⁾ l. l. pg. XLI.

¹⁰⁵⁾ l. l. pg. XLIV sq.

¹⁰⁶⁾ Zt. Jahrb. 1877. pg. 172.

¹⁰⁷⁾ Hermes pg. 57.

¹⁰⁸⁾ l. l. pg. LII sq.

¹⁰⁹⁾ l. l. pg. LIV.

¹¹⁰⁾ l. l. pg. 55.

¹¹¹⁾ l. l. pg. 56.

profectam esse; in vv. 53. 55 quidem eum habere „acoluere“, sed vocalem „a“ voci quae praecederet adjungendam esse: „nulli acoluere“ et „multi acoluere“ „nullei coluere“ et „multei coluere“. — Ergo conjectura Baehrensii quam de recensione grammatici cujusdam aevi Frontoniani statuit reicienda est.

Sunt vero docti viri qui non modo contextum, sed habitum quoque externum prius Veronensis deinde Archetypi describere voluerunt. Eorum quoque Lachmannus primus est et princeps. Profectus a sententia Scaligeri, carmina codicum nostrorum duo 87 et 75 partes unius esse judicantis, nisus aliis lacunis codici Veronensi paginas 76 dedit, quarum quaeque versus habuisset tricenas. Quam ipsam distributionem postquam Hauptius argumentis rationibusque affirmare studuit¹¹²⁾, eadem quaestio multis criticis aciem ingenii sui acuendi obtulit facultatem. Sed cum omnes ad alium finem pervenerint, jam juvaret si saltem alterum utrum tantum accidisset et omnes aut a falsis argumentis profecti essent aut e rectis argumentis falsas conclusiones deduxissent. Nec tamen aut hoc aut illud, sed utrumque iis accidit. Antiquiores paginarum descriptiones accuratius recensuerunt Schwabius¹¹³⁾ et Ellisius¹¹⁴⁾. Post hos duos viros Muellerus¹¹⁵⁾ de eadem re pauca dixit: „Saeculo nono videtur extitisse in Gallia codex quidam carminum Catulli scriptura Longobardica ut puto, satis quidem ille mendosus ac lacer. Et hunc potius quam exemplar Veronense paginarum distributione ea quam Lachmannus repraesentavit in editione, modo verum sit ejus inventum, rectissime monuit Schwabius pg. XXXIX.“ Sagacissime autem Pleitnerus¹¹⁶⁾ omnibus auxiliis quae ab iis qui antea eandem materiam tractaverant inventa erant abusus est. Quae qualiaque reppererit breviter illustrabo.

Quaestionem num carmina a Catullo edita omnia nostris manuscriptis servata sint neque ordo eorum a poeta ipso institutus mutatus sit, e nostris libris aperte planeque explicari non posse recte docet. Proinde ratione aliqua viaque proprietates codicis cujusdam vetusti reperiendas esse, qui carmina integra recteque cohaerentia complexus esset. Quod ita tantum fieri posse ut e vestigiis aut perspicuis et ab omnibus visis aut nondum perspectis paginatio (qua voce utitur) illius codicis constitueretur, a quo, postquam firmum totius argumentationis fundamentum positum esset, proficiscendum illustrandumque esset, quas ille cum nostris manuscriptis lacunas communes, quas non habuisset; ab illo autem codicem jam etiam antiquiorem recognoscendum esse etc.

Qualis autem novissimus codex amissus fuerit, id facilius intellectum iri, si carmina 87 et 75 in nostris manuscriptis separata, quippe quae ex consensu virorum doctorum omnium essent unius partes, aliquo modo denuo conjungi atque conecti possent. Illum codicem, quippe qui medius inter antiquiores et recentiores esset, littera M signavit. Eidem centum paginas fuisse, quarum quaeque vicenos ternos versus comprehendisset. Quod ut demonstraret, versum 10 carminis 2 paginae imum, tres ejusdem versus 11—13 margini adscriptos, titulum totius libri

¹¹²⁾ opusc. I, pg. 57.

¹¹³⁾ l. l. pg. XXIX.

¹¹⁴⁾ l. l. pg. XXI sq.

¹¹⁵⁾ l. l. pg. VII.

¹¹⁶⁾ cf. *ibid.* pg. 97—100.

primo carmini non praescriptum fuisse coniecit; 57,12 paginam 33 finivisse; a versibus 64,55 et 106, 64, 386^b, 67, 21 (languidior) paginas 41. 43. 72. 79. scribi coeptas esse; 74,6 ultimum versum paginae 88 et quaternionis quam dicit ponendum esse propter turbatum carminum quae subsequerentur ordinem; carmina 75 et 87 in unum conectenda, 116 alicubi ante 88 inserendum (nam in hoc carmine et in sequentibus minas in 116 jactatas effici); denique vv. 9 et 10 carminis 95 toti collectioni finem fecisse. Quos locos imprimis in judicandis versibus plurimum valere, quos pro paginatione inter binos alios versus in M aut extitisse aut jam praetermissos fuisse constaret. Inde autem intellegi illum codicem etiam multo integriorem fuisse quam quos nos haberemus. Nam praeter paginam 34 totam (inter carminis 51 versus 12. 13), ergo praeter versus 23 unius paginae in eo infuisse 61, 90. 106. 107. 109. 140; 62,14; 64, 354^b. 362^b; 68,47. 141^b. c.; 95,4; ad summam igitur versibus 35 nostros eum codices superasse. Contra eum nostris eum has quae omnibus probarentur lacunas communes habuisse: 34, 3. 51, 8. 62, 32^a. 42. 64,23^b. 92,34; quas ex suo ingenio his auxit: singulos putat versus excidisse post 16,6 et 31,13; duos in initio fragmenti quod in codicibus nostris carmen 58^a subsequeretur, complures post 62,66 et ante 78^b, quod fragmentum carmini 78 conecti soleret. — 65,9—15 falso loco M habuisse; sed his versibus exceptis genuinum carminum ordinem in M servatum fuisse; paginae 33 imum versum fuisse 51,12, pg. 34 praetermissam fuisse, pg. 35 initium sumpsisse ab ejusdem carminis v. 13 et continuisse 51,13—16. 52. 53. 54, (duos vv. „hoc jucunde ex quo . . .“, qui in nostris codicibus sequerentur, codici M defuisse), 56,1—3. pg. 36: 56,4—7, 57, 58^a; a fragmento 58^b vv. 1—4. pg. 37: 58^b, 5—10. 55,1—17. etc. Atque adeo in eodem ordine librum N, in quem primum M transcriptus esset, carmina habuisse, ita ut a librario libri O primo transposita essent. At summa affectus sum admiratione postquam cognovi qua ratione inde a carmine 74,6 cetera locis suis mota esse opinetur. Ita enim ea ab hoc subsecuta esse docet: pg. 89: 80 — 83,5. pg. 90: 83,6 — 87,4 (vers. 3. 4 carminis 84 in contextu omissos margini additos fuisse). pg. 91: 75—76,19. pg. 92: 76,20—26. 78^a sex et 78^b quattuor versus complectens. pg. 93: 79. 96 — 98,1. pg. 94: 98,2 — 100,2. pg. 95: 100,3 — 103,3. pg. 96: 103,4 — 108,6. pg. 97: 109—113,3. pg. 98: 113,4 — 116,8. pg. 99: 88—91,3. pg. 100: 91,4—95.

Ergo carmen manuscriptorum nostrorum 95 ultimum omnium esse docet, et ut libellum primo carmine Cornelio Nepoti, altero (II apud Baehrensium, I^b apud Schwabium) lectoribus poetae dedicasset, ita vv. 9. 10 huic carmini 95 ea mente Catullum addidisse Pleitnerus suspicatur, ut proprium carmen essent iisque editionem quam ipse vivus instituisset apte et initio accommodate finiret. Hic unus locus est, quem omisi, cum locos a Pleitnero e codice D emendatos supra tractabam, sed enim consilio huc usque reservavi. Versus nonus codicibus qui exstant ita traditur, ut post „monumenta“ spatium relictum sit in ABCGLa¹ O, laboris Vat. D a c d. Vic. ed. pr. Parth. exhibeant. Ceterae quibus viri docti eum supplere voluerunt conjecturae sunt: „poeta“ Bapt. Guarinus; „sodalis“ Ald. I. Weichert. Fröhlich. Merkel ad Ibim p. 366. Schwab., „Philetæ“ Bergk. Heyse; „Phanoclis“ Rossbach (ed. II.); Baehrensium versui inseruit „Cinnae“ et nuperrime Munro „Phalacci“, Schulzius¹¹⁷⁾ denuo „sodalis“ defendit. Pleitnerus igitur,

¹¹⁷⁾ Zfkr. f. G. W. 1877. S. 690—708: Anzeige des Catull-Commentars v. R. Ellis.

postquam reliquos carminis versus mirum in modum immutavit, extremos versus, ut Fröhlichius, a ceteris sejunxit et carmen integrum totiusque editionis ultimum esse judicavit.¹¹⁸⁾ Sed priore loco vocem „sint“ in „sunt“ immutat, quae immutatio quamquam non est violenta tamen dubitationem affert. Deinde vero sententiam suam lectione e codice Datano repetita affirmat; lectio autem Datani primum in Vaticano, deinde in libris a et Vicetino invenitur, tertio ergo demum loco in D. Atqui recensentibus lectiones Vaticani a libris nostris optimis discedentes vix dubium esse poterit quin librarius ejus, quotiescunque cum Bononiensi et Laurentiano primo non eandem habet unamque lectionem, magna sollertia suam delegerit, ergo arte corrigendi eruditior fuerit. Hae praeterea inter se conferantur lectiones: 12,14 sethaba G La¹, sectaba a, sactaba O, al. uriosque
 thessala Vat. D., 36,12 utriosque G uriosque B La¹ O a, utriosque D virosque Vat.; 44,8: mens vertur B, mens vētur Vat., mens veretur a, mens virtus D; 64,36 (moenia: recta lectio) nicenis O G, micenis D nitenis B La¹, nitens Vat. Quis est qui inde laborem eorum qui codices recentissimos exararunt corrigendi et emendandi non cognoscat? Proinde lectio quoque illa Datani e Vaticano repetita ex interpolatis hujus libri est et conjectura sicut lectiones quas modo laudavi ceterae.

Ab hoc igitur codice M longius regrediens Pleitnerus patrem ejus L paginas 59 habuisse statuit, quarum ultima sedecim, ceterae versus quadragenos exhibuissent, prima praeterea titulum trium linearum. In eodem adnumerandos esse versum tertium carminis 34, versus octo ante fragmentum 78^b, versum carminis 51 octavum; eundem etiam fortasse jam habuisse vv. 3. 4 carminis 92 (nos pg. 11 explicavimus eos V exhibuisse; proinde etiam in codice Pleitneri N infuerunt). Avum K tricenos versus in paginis 78 scriptos habuisse praeter paginam ultimam in qua sedecim fuissent. In eodem versum 62,58^e primum excidisse, denique proavum I, in quo fortasse praeterea servati fuissent 64,23^b 16,6^b 31,13^b, duos versus in initio fragmenti 58^a, undenos versus post vv. 32 et 66 carminis 62, in paginis undetricenorum et Archetypum H vicenorum quinorum conscriptos fuisse. Et tamen ipse confitetur in his codicibus versui 62,42 amisso locum inveniri nullum aut hunc potius quam 62,58^e in libro K infuisse.

Jam cum Ellisius non minore jure statuendum esse 34,3 in V quam Pleitnerus ne in M quidem suo codice fuisse putaverit, non minore jure (si cui jus concedatur) post 64,355 versum unum excidisse quam Pleitnerus post 16,6: quis est quin in perlegendis horum et ceterorum virorum explicationibus in eam perducatur sententiam ut profiteatur eos lacunis codicum perverse abusos esse ad conjecturas suas approbandas? Verum certumque esse supremos imosque paginarum versus facillime prius corruptos esse, deinde excidisse non negari potest; sed in ea re omnes critici peccaverunt quod ut suas paginationes aliis approbarent alias effinxerunt lacunas quibus locis iis non opus est. Ita ratio quoque ac via, qua quomodo versus quos in libro M fuisse arbitratur,

¹¹⁸⁾ Et. S. 33: „Das letzte Distichon bildet nach der ursprünglichen Anordnung dieser nahezu vollständig auf uns gekommenen Lieder Sammlung das Schlußepigramm, als welches es die Aenderung von sint in sunt und die Lesart des Codex Datanus labori erfordert, oder vielmehr durch letztere als solches sich heranstellt; aber auch durch die über die ganze Sammlung sich erstreckende Paginirung bestätigt wird.“

e codicibus ab illo derivatis paulatim exciderint explicare tentavit¹¹⁹⁾ ne ignaro quidem rei criticae homini recta videri potest. Apographo enim ejus, codice N, praeter paginam 34 libri illius vv. 61,90. 107. 109. 140. 62,14. 68,47. 141^b c.; ante 64,128 tres versus, fortasse etiam ejusdem carminis versus 118 et 120 amissos, contra in eodem primum 64,386^b et 84,3. 4 a margine codicis M falso ad finem carminis scriptos esse. Nec minus neglegentem fuisse eum qui ex codice N librum O exarasset; nam illum carmina 55—59 in illum ordinem trajecisse in quo nostri codices exhibent; illum carminis 61 versuum 61—75 et 51—61 ordinem invertisse etc. (cf. *Stud.* pg. 80): atque hic codex O ei communis omnium quae extant manuscriptorum fons atque idem quod nobis Veronensis valere videtur. (cf. quae exposui pg. 8).

Haec hactenus de ratione critica ad hunc diem in emendando Catullo adhibita. Nihil restat nisi ut illustretur quid Ellisius quaestione editioni addita, quae est de aequabili partitione carminum, Catullo profuerit. Sed, ut paucis dicam, — nam pluribus non licet —, nihil fere profuit.

¹¹⁹⁾ *Stud.* S. 85: „Von M stammt zunächst Codex N ab, der mit Ausnahme weniger auf einander folgender Seiten (sunt pp. 28—32, quarum unam triginta, ceteras undetricenos versus habuisse putat) sonst durchgängig 31 Zeilen hatte. Bei der Fertigung dieser Handschrift wurde allem Anscheine nach leider mit großer Eile verfahren, denn in dieser Handschrift erlitt der Text eine größere Einbuße als in allen früheren zusammengekommen. Es kann nicht einmal eine nur oberflächliche Collationirung nach Beendigung der Abschrift stattgefunden haben, sonst hätte das Uebergehen einer Seite von M nicht unbemerkt bleiben können“.

Gehrmann.

Schulnachrichten.

I. Lehrplan.

Der Lehrplan ist im Wesentlichen derselbe geblieben, wie der im vorjährigen Programm mitgetheilte. Die Vertheilung der Lehrstunden unter die Lehrer gibt die Tabelle auf S. 42. — Vom Beginne des Schuljahres bis zum 1. November ertheilte an Stelle des beurlaubten Herrn Kandidaten Keßler den evangelischen Religionsunterricht Herr Prediger Kunze, den französischen Unterricht in V und III B, sowie 2 St. Latein (Ovid) in III B Herr Kandidat Lehmann; ebenderjelbe ertheilte von Neujahr bis gegen Ostern in je zwei wöchentlichen Stunden den lateinischen Unterricht (Dichterlektüre) in III A, II B und II A. — Vom 1. April bis zum 20. Juni übernahm den französischen Unterricht in V der Direktor, in III B Herr G.-L. Nowack, die lateinische Dichterlektüre in III B Herr G.-L. Redner.

Gelesen wurde in

Prima: Deutsch: Auswahl aus Lessing's Hamburger Dramaturgie; Schiller's Don Carlos und Goethe's Egmont. — Latein: Cic. Tusc. V, Tac. ann. I, Cic. de orat. I, Plin. Epist.; Hor. Carm. lib. III, IV, nebst ausgewählten Epoden, Satiren und Episteln. — Griechisch: Plat. Apolog. und Crito, Thucyd. (Auswahl aus B. I und II), Xenoph. Cyrop., Hom. II. VIII — XV, XXI — XXIV. — Französisch: Montesquien, Considérations; Racine, Athalie.

Ober-Secunda: Deutsch: Poetische (vorzugsweise lyrische und didaktische) und prosaische Musterstücke aus Deycks' Lesebuch; Schiller's Wallenstein und Maria Stuart, Herder's Eid. — Latein: Cic. de imp. Pomp., Liv. II, Cic. de amicit., Sallust. bell. Jug.; Verg. Aen. VII, VIII und einzelne Eklogen. — Griechisch: Herodot. (Auswahl aus B. IV u. V), Xenoph. Memorab. (mit Auswahl); Hom. Od. XII—XVII, XVIII—XX. — Französisch: Voltaire, Charles XII.

Unter-Secunda: Deutsch: Poetische (vorzugsweise epische) und prosaische Musterstücke aus Deycks' Lesebuch; Schiller's Tell und Lessing's Minna von Barnhelm. — Latein: Cic. pro rege Deiot., pro Ligar., in Catil. I, de senect., Liv. I, Caes. de bell. civ.; Verg. Aen. I, II und Georg. IV. — Griechisch: Xenoph. Anab. IV, V, Arrian. I; Hom. Od. II—VI, X, XI. — Französisch: Florian, Guillaume Tell.

Ober-Tertia: Latein: Caes. bell. gall. IV—VII, Ovid. Met. Ausw. nach Nadermann. — Griechisch: Xenoph. Anab. I (cap. 9 bis zu Ende), III und IV, Hom. Od. I u. II. — Französisch: Michaud, Hist. de la première croisade.

Unter-Tertia: Latein: Caes. bell. gall. I—III, Ovid. Met. Ausw. nach Nadermann. — Griechisch: Jacobs' Lesebuch, Xenoph. Anab. I, cap. 1—8. — Französisch: Fénelon, Avent. de Télémaque.

Lehrer.	I	II A	II B	III A	III B	IV	V	VI	VII	Zahl der Stunden
Dr. Meinert , Direktor, Ord. v. I.	Lat. 8 Franz. 2									10
Prof. Zieh .	Math. 4 Phys. 2	Math. 4 Phys. 1	Math. 4 Phys. 1		Math. 3					19 ¹⁾
Prof. Kawczynski .	Gesch. u. Geogr. 3.	Gesch. u. Geogr. 3		Gesch. u. Geogr. 4	Gesch. u. Geogr. 3	Lat. 2 Deutsch 2 Gesch. u. Geogr. 3				20
Oberl. Dr. Brill , Ord. v. II A.	Griech. 6	Lat. 10 Deutsch 2	Griech. 2							20
Oberl. Vindenblatt , Ord. v. III B.			Griech. 4	Griech. 6	Lat. 8 Deutsch 2					20
Gymn.-L. Nowack , Ord. v. II B.		Griech. 6 Franz. 2	Lat. 10 Franz. 2							20
Gymn.-L. Meß , Ord. v. IV.				Math. 3	Naturl. 2	Lat. 8 Math. 3	Naturl. 2	Naturl. 2		20
Gymn.-L. Redner , Ord. v. V.	Deutsch 3		Gesch. u. Geogr. 3				Lat. 9 Deutsch 3 Geogr. 2			20
Gymn.-L. Matern , fath. Religionslehrer.	Relig. 2 Hebr. 2	Relig. 2 Hebr. 2		Relig. 2		Relig. 2	Relig. 3	Relig. 3		18
Gymn.-L. Dr. Hane , Ord. v. III A.			Deutsch 2	Lat. 10 Franz. 3		Griech. 6				21
Gymn.-L. Gehrmann , Ord. v. VI.				Deutsch 2	Griech. 6	Franz. 2		Lat. 9 Deutsch 3		22
Pred. Kunze , evangel. Religionslehrer.	Relig. 2	Relig. 2		Relig. 2		Relig. 2	Relig. 3	Relig. 3		14
Probefandidat Krujewski .					Lat. 2 Franz. 2		Franz. 3			7
Goldhagen , techn. Lehrer.					Gefang 2	Zeichn. 2	Gefang 2 Rechn. 4 Schreib. 2 Zeichn. 2	Rechn. 4 Schreib. 3 Zeichn. 2		23 ²⁾
Behr , Lehrer der Vorschule.								Geogr. 2	Deutsch 10 Rechn. 6 Geogr. 2 Schreib. 3 Gefang 1	24

1) außerdem im Winter 2 (je eine in III A u. III B), im Sommer 3 St. (je eine in II, III A u. III B) Stenographie.

2) außerdem 2 St. Chorgesang, ferner im Winter 8 St. und im Sommer 6 St. Turnen.

Aufgaben für die Abiturientenprüfungen.

Oftertermin 1879. Deutsch: Die Bedeutung Lessing's für die Entwicklung des deutschen Dramas. — Latein: Horatianum illud „Vis consili expers mole ruit sua, vim temperatam di quoque provehunt in maius“ exemplis e rerum memoria sumptis comprobetur. — Mathematik: 1. Folgende Gleichung zu lösen:

$$\frac{1}{x+2} + \frac{1}{x+3} + \frac{1}{x+4} + \frac{1}{x+6} + \frac{1}{x+7} + \frac{1}{x+8} = 0. \quad - \quad 2. \text{ Auf den Schenkeln eines rechten}$$

Winkels bewegen sich von der Spitze aus zwei Punkte mit gleichförmigen Geschwindigkeiten, und der erste geht eine Sekunde früher ab als der zweite. Eine Sekunde nach Abgang des zweiten stehen die Punkte um 5 Meter von einander ab, und 3 Sekunden nach Abgang des zweiten ist ihr Abstand gleich dem periodischen Kettenbruch

$$12 + \frac{1}{24 + \frac{1}{24 + \frac{1}{24 + \dots}}}$$

Wie viel Meter legt jeder der beiden Punkte in einer Sekunde zurück? — 3. Ein Dreieck zu konstruiren und die Winkel desselben zu berechnen, wenn gegeben die Mittellinie t nach der Grundlinie, die Halbierungslinie l des Winkels an der Spitze und die Differenz e der Abschnitte, welche die Höhe auf der Grundlinie macht. $t = 326$, $l = 317$, $e = 226$. — 4. Wenn ein Würfel und eine Kugel gleiche Volumina haben, wie verhalten sich die Oberflächen beider Körper?

Sommertermin 1879. Deutsch: Woraus erklärt sich die große Sehnsucht der Deutschen nach Italien? — Latein: De Guilielmi imperatoris augustissimi in Germanos meritis. — Mathematik: 1. Folgende Gleichung zu lösen: $\log(x^2 + 5) = 2 \log 3 - 2 \log \frac{x}{2}$. — 2. Ueber den gleichen Seiten eines gleichschenkligen Dreiecks als Grundlinien werden gleichschenklige Dreiecke konstruirt, von welchen jedes an Inhalt gleich $\frac{1}{6}$ des ursprünglichen Dreiecks ist. Dann werden über den gleichen Seiten der neuen Dreiecke als Grundlinien wiederum gleichschenklige Dreiecke konstruirt, von welchen jedes an Inhalt gleich $\frac{1}{6}$ von jedem der vorhergehenden Dreiecke ist; und so weiter bis ins Unendliche. Wie groß ist die Summe der Inhalte aller gleichschenkligen Dreiecke, wenn der Inhalt des ursprünglichen Dreiecks gleich a gegeben? — 3. Ein Dreieck zu konstruiren und die Winkel desselben trigonometrisch zu berechnen, wenn gegeben die Höhe h , die Halbierungslinie l des Winkels an der Spitze und das Rechteck ab aus den beiden Seiten. $h = 56$; $l = 58,68$; $ab = 4704$. — 4. Auf dem Boden eines geraden Cylinders liegt eine Kugel, deren Radius gleich dem Radius der Grundfläche des Cylinders ist. Um die Kugel ist ein cylinderförmiger Draht gewunden, welcher die Kugel und den Mantel des Cylinders berührt, und dessen Kre um den Durchmesser der Kugel vom Boden des Cylinders absteht. Wie verhält sich der Querschnitt des Drahtes zur Oberfläche der Kugel?

II. Statistisches.

Seit dem Wiederbeginn des Unterrichts am 9. September v. J. haben am Unterricht Theil genommen 291 Schüler (darunter am Anfange und im Laufe des Schuljahrs neu aufgenommen 58), und zwar einheimische 122, auswärtige 169, katholische 154, evangelische 121, jüdische 16. — Am Schluß der dritten

Woche des letzten Tertials (15. Mai) zählte die Anstalt 264 Schüler (139 katholische, 110 evangelische, 15 jüdische, 110 einheimische, 154 auswärtige) und zwar in IA 10, IB 11, IIA 21, IIB 26, IIIA 34, IIIB 22, IV 48, V 36, VI 38, VII 18.

Das Zeugniß der Reife haben erhalten folgende 9 Schüler, (und zwar die beiden ersten im Ofter-Termin, die übrigen im Sommertermin):

N a m e n.	Kon- fession.	Alter. Jahre.	G e b u r t s o r t.	A u f e n t h a l t		B e r u f s f a c h.	U n i v e r s i t ä t.
				auf dem Gym- nasium.	in Prima.		
1 Bruno Erbe.	kath.	18 $\frac{1}{2}$	Garthaus, Kr. Danzig.	10 $\frac{1}{2}$	2 $\frac{1}{2}$	Jura.	Königsberg.
2 Julius Teschner.	kath.	21 $\frac{1}{2}$	Mawern, Kr. Heilsberg.	5 $\frac{1}{2}$	2 $\frac{1}{2}$	Jura.	Breslau.
3 Bruno Angrik.	kath.	19 $\frac{1}{2}$	Braunsberg.	10	2	Jura.	Leipzig.
4 Ernst Ertinam.	kath.	18 $\frac{3}{4}$	Gutstadt.	4	2	Philologie.	Breslau.
5 Mojs Koslowski.	kath.	18 $\frac{1}{2}$	Eichenau, Kr. Heilsberg.	7	2	Theologie.	Braunsberg.
6 Wilhelm Kosmann.	evang.	19	Mohrungen.	7	2	Jura.	Königsberg.
7 Hermann Lau.	evang.	21 $\frac{3}{4}$	Medenau, Kr. Fischhausen.	$\frac{1}{2}$		unbestimmt.	
8 Anton Werner.	kath.	21	Tolkemitt.	7	2	Theologie.	Braunsberg.
9 Paul Westermann.	evang.	21	Seegertswalde, Kr. Mohrungen.	2	2	Philologie.	Königsberg.

Dem Abiturienten Koslowski wurde die mündliche Prüfung erlassen.

III. Aus den Verfügungen der Behörden von allgemeinerem Interesse.

Für die im Jahre 1880 zu Königsberg abzuhaltende Direktorenkonferenz der Provinzen Ost- und Westpreußen sind unter dem 25. Januar d. J. folgende Berathungsgegenstände festgesetzt worden:

1. Ueber Ziel und Methode des Unterrichts in den beschreibenden Naturwissenschaften und in der Physik auf den Gymnasien und den Realschulen.
2. Ueber die sittliche und nationale Durchbildung der Zöglinge auf den höheren Lehranstalten, sowie über die Schulzucht und die Disciplinarmittel auf denselben.
3. Welche Erfahrungen sind bisher in Bezug auf die in beiden Provinzen gleichmäßig festgesetzten Censurprädikate gemacht worden?
4. In wie weit ist die ästhetische Bildung auf den Gymnasien und Realschulen zu berücksichtigen?

IV. Chronik der Anstalt.

Das Schuljahr begann am 9. September v. J.

Herr Kandidat Refler war vom Anfang des Schuljahrs bis zum 1. November behufs Ablegung seines Examens beurlaubt und wurde in dem evangelischen Religionsunterricht durch Herrn Prediger Runke, in seinen übrigen Lehrstunden durch Herrn Kandidaten Lehmann vertreten. Am 1. April schied Herr Refler nach einjähriger Thätigkeit aus seiner Stellung am Gymnasium; an seiner Stelle übernahm Herr

Prediger Kuntze den evangelischen Religionsunterricht. — In der zweiten Hälfte des Juni war Herr Dr. Hane in seiner Eigenschaft als Reserve-Offizier zu einer 12tägigen Uebung nach Danzig einberufen.

Der 5. Dezember v. J., an welchem Tage unser Kaiser und König, von den Folgen des ruchlosen Angriffes auf sein theures Leben durch Gottes Gnade wiederhergestellt, nach langer Abwesenheit in die Reichshauptstadt zurückkehrte und die Regierungsgeschäfte wieder übernahm, wurde durch eine Ansprache des Direktors und durch Besetzung des Gymnasiums gefeiert. — Am 22. März d. J. wurde der Geburtstag Sr. Majestät des Kaisers und Königs in herkömmlicher Weise durch einen feierlichen Schulaft mit Gesang, Deklamation und einer Festrede begangen; die letztere hielt Herr Gymnasiallehrer Dr. Hane. — In ähnlicher Weise wurde am 11. Juni d. J. das 50jährige Ehejubiläum Ihrer Majestäten des Kaisers und der Kaiserin gefeiert, bei welcher Gelegenheit der Direktor die Festrede hielt.

Herr Oberlehrer Kawczyński wurde durch Patent vom 14. Februar d. J. zum Professor ernannt.

Herr Kandidat Lehmann, seit dem 1. März v. J. der Anstalt überwiesen, verließ dieselbe nach Ablegung seines Probejahres.

Vom 1. April d. J. ab wurde der wissenschaftliche Hilfslehrer, Herr Gehrmann, als sechster ordentlicher Lehrer angestellt. (Anton Gehrmann, geboren den 14. März 1851 zu Elbing, besuchte die unteren Klassen des Elbinger Gymnasiums und seit Herbst 1865 das hiesige Gymnasium, von welchem er im Sommer 1871 mit dem Zeugniß der Reife entlassen wurde, studierte seitdem bis Michaelis 1875 Philologie in Königsberg, war dann bis gegen Ostern 1876 am Gymnasium zu Köffel kommissarisch beschäftigt, hierauf während eines Jahres Mitglied des pädagogischen Seminars zu Königsberg, bestand im März 1877 in Königsberg die Prüfung pro fac. doc. und war seit Ostern desselben Jahres zunächst als Probekandidat, dann als wissenschaftlicher Hilfslehrer an hiesiger Anstalt thätig.)

Am 5. Mai d. J. hatte der Unterzeichnete die Ehre, im Namen des Lehrer-Kollegiums Sr. Excellenz dem Herrn Oberpräsidenten und Wirkl. Geheimen Rathe Dr. von Horn zu dessen 50jährigem Dienstjubiläum eine die Glückwünsche des Kollegiums enthaltende Votivtafel zu überreichen.

Am 9. Mai d. J. celebrierte Se. höchstl. Gnaden der Herr Bischof von Ermland, Dr. Krementz, nachdem er am Tage vorher gegen 60 Schülern des Gymnasiums in der hiesigen Pfarrkirche das Sakrament der h. Firmung gespendet, in der Gymnasialkirche eine h. Messe, hielt darauf eine Ansprache an die Schüler und Lehrer und wohnte von 9 bis 12 Uhr dem katholischen Religionsunterrichte in allen Klassen bei.

Die Abiturientenprüfungen fanden am 26. Februar und am 8. Juli unter dem Voritze des Geheimen Regierungs- und Provinzial-Schulraths, Herrn Dr. Schrader, statt (vgl. S. 44); im Anschluß an die letztern wurde die Anstalt von ebendenselben am 9. Juli einer Revision unterzogen.

Am 1. Juli wurde unter zahlreicher Betheiligung von Angehörigen der Schüler und Freunden der Anstalt das herkömmliche Schulfest im Stadtwalde gefeiert.

Am 20. Juli empfingen 14 Schüler der unteren und mittleren Klassen in der Gymnasialkirche die erste h. Kommunion, nachdem sie von dem Herrn Religionslehrer Matern in besonderen Stunden dazu vorbereitet worden waren.

V. Stiftungen und Unterstützungen.

Das Stipendium Schmüllingianum wurde durch Konferenzbeschluß vom 7. Januar d. J. dem Unter-Primaner Anton Hein verliehen. — Das Stipendium Steinhallianum behielt auch für dieses Jahr durch die Güte des hiesigen Magistrats der Unter-Sekundaner Alois Hantel. — Aus den Einkünften der Bursa pauperum wurden im Laufe des Schuljahrs 792 Mark zu Stipendien für würdige und bedürftige Schüler, meistens in Portionen zu 45 Mark, verwendet.

Durch Freitische und andere Wohlthaten ist auch in diesem Jahre den ärmeren Schülern der Anstalt vielfache Unterstützung zu Theil geworden, für welche hiermit der gebührende Dank ausgesprochen wird.

VI. Öffentliche Prüfung und Schlußfeierlichkeit,

zu welcher die Eltern und Angehörigen der Schüler und sonstige Freunde der Anstalt hiermit ergebenst eingeladen werden.

Die öffentliche Prüfung wird Freitag den 1. August in der Aula Vormittags von 9 bis 12 $\frac{1}{2}$ Uhr (Quarta bis Prima) und Nachmittags von 3 $\frac{1}{2}$ bis 5 Uhr (Septima bis Quinta) abgehalten werden.

Vormittags	9—10:	IV Religion.	Matern und Runge.
	10—10 $\frac{1}{2}$:	III B Mathematik.	Tieg.
	10 $\frac{1}{2}$ —11:	III A Latein.	Hane.
	11—11 $\frac{1}{2}$:	II B Griechisch.	Vindenblatt.
	11 $\frac{1}{2}$ —12:	II A Deutsch.	Prill.
	12—12 $\frac{1}{2}$:	I Geschichte.	Kawczynski.
Nachmittags	3 $\frac{1}{2}$ —4:	VII Deutsch.	Behr.
	4—4 $\frac{1}{2}$:	VI Rechnen.	Goldhagen.
	4 $\frac{1}{2}$ —5:	V Latein.	Kedner.

Sonnabend den 2. August, Morgens 7 $\frac{1}{2}$ Uhr, Schlußgottesdienst in der Gymnasialkirche.
Hierauf, 8 $\frac{1}{2}$ Uhr, Schlußakt in der Aula:

Gesang, Redevorträge der Schüler, Entlassung der Abiturienten.

Zur Nachricht.

Das neue Schuljahr wird Donnerstag den 11. September um 8 Uhr, und zwar für die katholischen Schüler mit einem feierlichen Gottesdienst in der Gymnasialkirche, eröffnet werden.

Die Anmeldung neuer Schüler werde ich Dienstag den 9. und Mittwoch den 10. September entgegennehmen. Jeder neu aufzunehmende Schüler hat eine Impfbefcheinigung, die über 12 Jahre alten eine Befcheinigung über stattgehabte Wiederimpfung beizubringen. Die Wahl der Pensionen für auswärtige Schüler, desgleichen ein von diesen beabsichtigter Wohnungswechsel, sei es am Anfange oder im Laufe des Schuljahrs, unterliegt der vorgängigen Genehmigung des Direktors.

Braunsberg, den 22. Juli 1879.

Der Direktor des Gymnasiums,
Dr. Otto Weinerz.